


RECI
TARD
ET
SECF











~~L 3 83~~

au dos : chiffre de Desportes (?)

:296

172.





Secreta mulierũ et virorum ab Alberto magno composita



¶ Cribit philosophus phorum pnceps quarto ethicoꝝ
Homo est optimũ eoꝝ que sunt in mũdo. Et mũdus
s sumit hic pro oibus cõtentis in spera actiuorũ ꝛ passi
uorũ: scꝫ ꝑ elementis ꝛ elementatis. Isto p̄suppositio
ꝓbatur ꝓpositio sic. Illud est optimũ cuius generati
onis cause sũt nobilissime: sed sic est de hoie: ergo ꝛc. Maior patet:
qꝛ effectus sortit nobilitatē ex causis. Mioꝛ ꝓbat de materia hois.
Unde materia hois scd̄m medicos ponitur esse mēstruũ mulieris
cum spermate viri: qꝛ illa ambo intrant cõpositionem hois. sicut lac
coagulatur sub materia casei. Sed philosophi naturales ponũt ꝙ
mēstruũ mulieris sit materia: ꝛ semen viri sit effectus. Ita ꝙ semen
viri se habeat ad menstruũ mulieris: sicut artifex ad artificium. Ut
attestat Auerrois. vij. methaphisice in digressiõibus de ydeis. Itē
phs. v. methaphisice capitulo. x. dicit ꝙ sperma viri ad causã effe-
ctiuã reducitur: ꝛ quocũqꝫ modo dicatur sēp patet ꝙ materia hois
est excellentissima: ꝛ inter oia semina nobilissima. Scd̄o probatur
Illud est optimũ qd̄ in suis partibus assimilatur corpi nobilissimo
sed homo est hmõi: ergo ꝛc. Maioꝛ pꝫ: qꝛ assimilatio seqtur naturã
rei. Minoꝛ ꝓbatur: qꝛ homo assimilatur celo q̄tum ad duodecim
signa zodiaci: quoꝝ tria sunt calida virtualiter: scꝫ Aries/ Gemini/
Leo. Illis correspõdent tria mēbra in hoie: scꝫ cor/ epar/ ꝛ testiculi.
Itē tria sũt frigida: scꝫ Cãcer/ Thaurus/ ꝛ Uirgo. Et illis corrñdēt
intestina/ vesica/ dyafragma. Item tria sunt humida: scꝫ Scorpio/
Aquarius/ ꝛ pisces: q̄bus corrñdent cerebrũ/ stomachus/ ꝛ pulmo.
Itē tria sunt sicca: scꝫ Cap̄cornus/ Sagittarius/ ꝛ libra: q̄bus corre
spõdent tria mēbra: splen/ fel/ ꝛ renes. Un̄ di. phs. xij. methaphisice
ꝙ totũ celum est sicut vnũ cõpositũ cõtiguũ. Igitur debemus esse
inclinati ad noticiã p̄sentis libri q̇ tractat de generatione humana.
Cuius causa efficiens dicit fuisse Albertus magnus: q̇ sufficienter
tritus siue litteratus in experimentis a mulieribus informatus. Et
maxie in libro de aialibus q̇ priusq̄ totum mũdum cũ alexãdro cir
cuiuit/ librũ de aialibus cõposuit. Et supponit phie naturali: qꝛ est
vnus liber de paruis naturalibus et nõ pure naturalis: sed partim
medicinalis. ¶ Titulus.

¶ Incipiunt secreta mulierũ ꝛ viroꝝ ab Alberto magno cõposita.

¶ Textus.

d Ilecto sibi in christo socio ꝛ amico . M. clerico de tali loco
vere sapientie ꝛ augmentum cõtinuum vite presentis.

¶ Commentum.

i Ste liber cuius subiectum est cõtractũ ad ens mobile cõ-
tractũ ad naturã secretoꝝ mulierũ: vt ipsis infirmãtibus
possimus dare remedia: ꝛ ipsis cõfitentib[9] scire debite ad

delictum. Et diuidit primo in duas ptes: scz phemialē & executiuā Pars executiua ibi: Sicut scribit &c. Primo auctor salutat psonā cui scribit dicēs. Ego Albert⁹ morans parisius Dilecto tibi in xpo socio & amico. Ubi tangit causa efficiens/mouens/ & mota. mouēs fuit quidā sacerdos q rogauit dñm albertū vt sibi scriberet librū de secretis mulieꝝ. Et hoc iō qr mulieres sunt tpe menstrui venenose ita q intoxicant aīalia p visū/inficiūt pueros in cunis/ & maculant speculū bene tersum: & qñqꝫ faciunt coeūtem cū ipsis leprosū fieri/ quādoqꝫ cancrosū. Et qr malū nō euitat nisi cognitū: iō necesse est volentibus abstinere cognoscere īmundiciā coitus/ & multa alia q docent in isto libro. Et sic Albertus videns q iuste peteret: cōsensit ei. Et sic tangit causa efficiens mota: cum dicitur scribo &c. Nota. Sapiētia est cognitio dei: & ppetuoꝝ effectuū. Et ido dicit phs in phemio methaphisice. De deo pprie nō est sciētia: sz sapiētia. Ita nichil melius est in hac vita: qr mediante ipsa sumus felices. Teste Auerroy i plogo qrti phisicoꝝ. Ideo auctor scribit ptinuū augmētum psentis vite. & bene scribit sibi ista: qr homo mediante sapiētia redditur laudabilis deo & hoībus. ¶ Textus.

¶ Cum vestra fauorabilis & gratuita me rogauit societas vt quedā dicant a nobis q apud mulieꝝ naturā & pditionē sunt occulta & secreta lucidius manifestarē: visa petitione vestra nulla pigritia a cōpilatione breuis et cōpendiosi tractatuli: de impetrata materia me retraxit. Sed pusilla & iuuenilis mea mens q secundū eius possibilitatē & tēpis oportunitatē ad aliena detrahit/ nichilominus vestro cupiens satisfacere appetitui: hanc psentē epistolā in qua plurima de impetratis inuenietis vobis in parte stilo philosophico & in pte medicinali put materie cōpetere videt. Nā cōscripsi rogans vestrā pstantiā vt in hoc opere ac negocio cōstans ac celans satis. ne aliquē puerū tam in etate q in moribus ad presentiā puenire pmittatis. Et si feceritis pmitto vobis plura de his & alijs manifestare cū presenti opere arte cū medicinali transmittere q plixius dabi: dño concedente. ¶ Commentum.

¶ Hic oñdit causā q posset ipm excusare a labore huius facti: & ptz sententia ex textu. Nota q auctor dicit q mens iuuenilis & pusilla ipm retraxit. vbi euitat arrogantiā: qr mens dicit parua q paruis et paucis pditioīb⁹ cognitioīs est imbuta. Uñ intellectus ppe nō est paruus p se nec p accñs: qr intellectus nō extendit p accñs extēsiōe sue materie. Nota. appetitus ē triplex. s. naturalis/aīalis/ & intellectualis. Ad ppositū dicit littera appetitui. glosa. i. naturali intellectui Uñ ille sacerdos appetitu naturali appetiuit cognoscere naturas mulieꝝ. Unde hoīes a natura scire desiderāt. j. methaphisice. Item appetiuit appetitu intellectuali: qr vidit vtilitatē cognitionis eaꝝ

¶Textus

¶Sicut scribitur.ij.de generatione/Aialiū generabiliū generatio sempiterna est in circuitu. Causam aūt sempiternitatis in gñatiōe aialiū ostendit philosophus .ij. de aia dicens. Naturalissimū opeꝝ est vnūqdqꝫ sibi simile generare:quatenus diuino esse ꝛ immortali participent qd oia appetūt vt idem permaneant.non idē in nūero: sed idē in specie. Propter qd dicit cōmentator.ij. de aia ꝙ solicitudo diuina cū non potuit ipm facere pmanere idē in nūero: misertta est ei in dando virtutem q̄ potuit in specie pmanere. Et subdit. in hoc eni non est dubiū quin melius est habere hanc virtutem q̄ꝫ nō habere vel non esse.

¶Commentum.

b Ec est pars executiua in qua auctor ꝓsequitur intentū suuꝫ ponendo duas ꝓpositiones valentes sibi ad ꝓpositū. Et diuiditur in tot capitula ꝛ partes quot patebunt per ordinem. Nota. generatio aialiū perfectoꝝ sempiterna est: qꝛ talia sunt de pfectiōe vniuersi.j.ethi. Sꝫ dubiū videt̃: qꝛ quedā aialia sunt qñqꝫ penitus corrupta:sicut quidā vermes ꝛ musce in hyeme. Dicendū ꝙ si corrūpunt̃ in vno climate:tūc generant̃ in alio.Fm albertū ꝛ linconieñ sup.j.poste. Uel dicendū ꝙ gñatio aialiū q̄ sūt de pfectiōe vniuersi illa est sempit̃na:sꝫ stāte p̄ria solutione: Dubiū est an illa aialia sunt de pfectione vniuersi:qꝛ meli⁹ esset multa aialia nō esse q̄ꝫ esse.s.serpentes ꝛ alia aialia q̄ intoxicāt. Dicit̃ ꝙ bonū est ea eē vt absorbeāt imundicias terre:qꝛ si nō absorberēt inficerent aerē ꝛ p ꝯñs hoiem. Unū natura nichil sustētat sine cā rōabili. Ex textu ptꝫ ꝙ castitas est pctm̄ nature:licet bonū sit via moris ꝛ p̄cepto legis.qꝛ per castitatē aliqd nō generat sibi simile. Nota.p solicitudinē diuinaꝫ nō potest intelligi deus:qꝛ ip̄e nō curat pticularia.fm Auer.xij.methа. g̊ per solicitudinē diuinā intelligit̃ corpus celeste: qd de sui natura appetitu naturali appetit cōſuare ista inferiora/tñ mediāte regimine intelligentiaꝝ. vñ cōmen.xij.metha. opus nature ē opus intelligētie non errātis. ¶Utrꝫ gñatio aialiū posset aialia cōſuare in eē specifico semp. Et dr ꝙ non.qꝛ si sic:g̊ species eēt gñabilis.qd est falsum. falsitas ptꝫ:qꝛ spēs est ppetua. Dico:qñ generat̃ indiuiduū hoc vel illud:tūc generat̃ natura specifica sub eē hoc signato ꝛ fm ptē/licet non generet̃ fm totū ambitū. Uñ nota ꝙ natura occulte opatur in vniuersalibus.vt dicit Gilbertus porritan⁹ in suis sex principijs in c.j.scꝫ in.c.de forma. Et qꝛ ꝓducere intendit naturā vl'em.s.hoiem in cōi vel equū/ꝛ tñ ꝓducit pticularē vt sortē:qd ꝓuenit ex eo quia inuenit materiā quādam ꝛ signatā hoc loco determiato/ ꝛ iō si iuenire totam naturā simul ꝓduceret oēm hoiem simul: sꝫ qꝛ inuenit vnā portionē menstrui huius vel huius mulieris: ideo ꝓducit hūc vel hūc hoiem particularem.

¶Textus.

¶ Causa aũt quare ista animalia ꝛ pꝛecipue hoies scδm eandẽ naturam ꝛ secundũ materiã ꝛ secundũ numerum nõ durãt: dicitur .ij. de generatione ꝛ coꝛruptione. Quoꝝ substãtia coꝛpoꝛalis nõ durat sꝫ est coꝛruptibilis nõ pñt reiterare eandẽ in numero. sꝫ suba homis scδm pꝛincipia indiuidui accepta est coꝛruptibilis. iõ gñatio hois abiciť. quare gñatio hoim sempiterna nõ erit scδm numerũ. nichil lominus tñ generatio hominũ est perfectissima. quod pꝛobatur sic quia homo est nobilissima creatura: qδ pꝫ ex intẽtione philosofi in multis locis phie. ꝛ pꝛecipue in .ij. de aia: qꝛ q̃to plures opationes res habet tãto nobilioꝛ est. Nõ aũt per ratiõẽ intellectiuã separať in vtroq; viuentiũ: vt pꝫ ibidẽ. Hoc etiã est de intẽtione oim phõꝝ et pꝛecipue boecij in .ij. de consolatione phie: vbi dicit ꝙ homines deo sunt similes mẽte. Hoc etiã pꝫ in .ij. phisicoꝛũ. qꝛ motus capit naturã ꝛ speciẽ a termino ad quẽ. Et iδo cũ inesse naturã humanã in soꝛte vel in platone vel in alio particulari hoie existẽte sit motus qui dꝛ gñatio: ꝑfectissima erit ipa inter oim animaliũ generationẽ. Itẽ gñatio est motus de nõ esse ad esse. Esse aũt maxime appetiť. ꝛ ꝑcipue ab hoibus: qꝛ hec inter oẽs motꝰ excellẽs est in mobilitate Et intellige de motu variãte aliquid sup qδ moueť. per hoc excluditur ꝑmus motus qui est causa alioꝛũ ꝛc. ¶ Commentũ.

¶ Hic pꝛobat ꝙ aialia nõ possunt ꝑmanere eadẽ in numero: sed bñ eadẽ in spẽ ꝛ pꝛecipue hoies. Dubitať vtrũ idẽ indiuiduũ coꝛruptũ in numero possit regenerari. Et videť ꝙ sic: qꝛ post trigintaseptem mille annos ꝯstellatio celi erit eadẽ per totũ sicut iã: scδm platonẽ ꝛ astronomos. Et iõ tũc nos erimus eadẽ in numero ꝛ sedebimꝰ in hac vel in hac scola vľ lectoꝛio sicut nũc. s. in magno ãno. Vñ plato dixit ꝙ post ãnũ magnũ deberet redire athenas ꝛ dberet ibi legere. Et ratio est: qꝛ tota cõstellatio veniet ita. Ideo redeũte eadẽ cõstellatione iidẽ effectus redibũt. Dicendũ stante sentẽtia Auerrois et Aristotelis quinto phisicoꝛũ. ꝛ in libꝛo de gñatione nõ est possibile ex quo gñationes illius nõ possunt eẽ nũc imediate ꝛ coꝛruptiões ideo tẽpus mediaret. Et iõ vnũ numero vna mutatione ꝑditur numero quito phisicoꝝ. Sꝫ ad dubiũ pꝛimũ est dicẽdum ꝙ post annũ magnuꝫ possibile est r edire hoies multuꝫ similes. sic ꝙ vix possint cognosci distincti cum nõ sunt idẽ in numero. Sed diceres stãte eadem causa materie effectus erit idẽ numero verum est stãte eadem mẽsura ꝛ materia eque disposita. sꝫ sic nõ est: qꝛ tẽpus raptim trãsit ꝛ nõ reuertiť idẽ numero: sꝫ bene idẽ in spẽ. Et põt dici ꝙ reuolutio hodierna nõ sit eadẽ numero cum reuolutione q̃ venit post mille vľ quadringentos annos. qꝛ motus est ens successiuum. ¶ Dubitatur secundo vtrũ vnũ animal possit perpetuari semp. Et videtur ꝙ sic qꝛ possibile est inuenire aliquod cõplexionatũ in quo elemẽta sunt

reducta ad mediū: siue ꝓportionē mediā. qꝛ oīs corruptio est a con trario. ⁊ illa ꝯtraria sunt ꝓportionata in sūmo: ideo nō corrūpunł. Sed ꝙ illud sit possibile ꝓbał sic. qꝛ vbi est magis equale ⁊ minus equale: ibi ē equale simpliciter. Dico ꝙ nō est possibile illō dare. qa oē mixtū moueł ꝑ naturā elementi pdñantis. j. celi. Sꝫ ad rōem vbi est magis ⁊ minus ⁊c. verꝫ est: put equale sufficit/ ⁊ put est possibile. vñ mixtū equale in humore ſm iusticiā est ponendū: sꝫ non est dare equale ſm quātitatē molis. qꝛ terra semꝑ predñał pluribus mixtis. Aliter dicendū. supposito ꝙ tale mixtū ſm oēm equalitatē elemen torū sic ponderes: adhuc esset corruptibile ab extrinseco scꝫ a v̄tute celesti/ qꝛ possꝫ mediāte aqua frigida infrigidari: ⁊ sic redire ab hoc scilꝫ ab equalitate humorꝫ ⁊ ab hoc mundo corrūpi. Nota ꝙ littera dicit: homines sunt similes deo: mente. illud patet: quia homo per scientiā fit diuinus. Seneca. Uir speculatiuꝰ est deo similis ⁊ amā tissimꝰ. patet illō. ij. metha. vbi dicit Aristo. In hoībus ē delectatio pauco tēpore ꝙ̄ intelligentie toto eterno ꝑficiunt. Et intelligit per hoc cognitionē dei: in qua est maxima delectatio. Nota ꝙ oīs dele ctatio fit ꝑ quandā similitudinē siue assimilatiōeꝫ cognoscentis ad cognitū mediante forā exēplari ⁊ cognoscenti/ ꝫ̄ quāto plus homo cognoscit de deo: tanto plus vel magis sibi assimilał. Littera dicit Inter oēs motus generatio est nobilior/ sumendo motum pro tota eductione anime siue formatione fetus in vtero. Et quomō fit mo tus: videbitur. Pro quo nota ꝙ motus ē duplex: Quidā est motus qui abicit aliq̄d a substantia: sicut calefactio aque abicit frigiditatē de albo in nigredinē. Alius est motus qui non abicit aliquā ꝑfecti onem a substantia motus/ sicut motus celi qui non facit aliq̄d cor rumpi a substātia celi. Modo generatio est motus abiciens aliq̄d a substantia rei. qꝛ menstruū qō mouetur ad formationeꝫ hominis transmutatur. Unde Auerrois. j. phisicorꝫ dicit. in generatiōe hoīs pars spermatis non cessat corrumpi/ et pars hoīs generatur donec tota forma compleatur. ¶ Textus.

¶ Capitulum primum.

P Ostq̄ sermo noster premissus est de his q̄ intentiōeꝫ audi toris ad stili materiā inclināt: oportunū ē ad materiā opis descendere. Et p̄mo de gñatiōe embrionis videre. Iuxta qō notādum est diligēter ⁊ memorie cōmendandū ꝙ oīs homo qui generał: naturaliter ex semine patris ⁊ mēstruo matris generał: ſm intentionem oīm phorꝫ ⁊ medicorꝫ. Et dico medicorꝫ: qꝛ aristo. non posuit semen patris i substantiā fetus cedere/ sed dicit fetū tm̄ ꝓce dere ex mēstruo. Et postea ponit ip̄m vaporaliter exalare. Medici aūt dicūt totū semen tā ex parte patris qō sperma dr̄: q̄ matris qō menstruū dicił: cedere in substātiam fetus. ¶ Cōmentum.

¶ Capl'm sc'de partis executiue in quovult aggredi materiā sz ad ostēdendū gn̄ationē embrionis siue fetus. Nota ꝯtrouersia ē inter medicos ⁊ ph'os. Nā philosofi dicūt ꝙ semēviri cōiunctū mēstruo mulieris habet se ad menstruū mulieris tanꝗ̄ artifex ad artificiū Vn̄ sicut carpentarius solū est efficiēs ⁊ domus effectus: ita ꝙ materiā domus alterat ⁊ disponit: sic etiā sperma viri alterat mēstruū mulieris ad formā hoīs. Et hoc ponūt ideo: q̄ꝛ vidēt ꝙ patre corrupto fit generatio hoīs ⁊ trāsmutatio seminis mulieris. ergo est ponere efficiens ꝙ patre corrupto menstruū mulieris transmutet. Et q̄ꝛ finis ⁊ effectus nō coincidūt: ideo sperma viri nō intrat materiā Sed medici dicunt oppositū: videlz ꝙ homo sit ex nobilissima materia: ideo oportet semē intrare sub materia fetus mulieris: q̄ꝛ menstruū mulieris superfluū est secūde digestionis: sed sperma viri est melius coctū ⁊ digestū. ideo oportet ip̄m subintrare materiā fetus ⁊ substantiā: q̄ꝛ vidēt ꝙ fetus aliq̄n assimilatur patri in genitalibus ⁊ in multis alijs. hoc nō esset nisi intraret substantiā fetus ¶ Item medici dicūt ꝙ in semine viri sit quidā spūs gignens qui penetrat totā materiā seminū ꝯiunctoꝝ. Et ille spiritus est formatiuus oīm membroꝝ tanꝗ̄ faber ferrū cū malleo disponit sic ille spūs disponit ⁊ malleat oīa mēbra: ⁊ ꝑ ip̄m spiritū saluat ꝑncipiū efficiēs. Sz philosofi ponūt sperma viri exalari vaporaliter quia matrix est mēbrū valde porosum: ⁊ sic post formationē fetus/ calor solis facit sperma viri exalare et recedere ex matrice per poros. Sed ꝙ sit porosa patet: q̄ꝛ puer per poros sumit nutrimentū. Etiā patet: q̄ꝛ est pellis ⁊ quelibet pellis est porosa in animali: q̄ꝛ aliter sudor nō possz exire sine pena: quod est falsū: q̄ꝛ in calore pori aperiūtur: ⁊ tūc sudor exit ⁊ tūc etiā exeūt pili per poros. ¶ Nota embrio est quedā massa carnea ex istis seminibus congregata: ⁊ ista massa carnea alteratur ad formationem fetus.

Textus

¶ His visis ⁊ accepta vna parte opinionis aristo. vel medicorum. Videndū est per quē modū ⁊ quomodo illa semina recipiuntur in muliere. vnde mulier cū in coitu fuit cū viro similiter in eodē tēpore emittit menstruū in quo vir sperma: ita ꝙ ista duo semina in vulua mulieris ꝯcurrunt simul ⁊ vnū alteri incipit cōmisceri ⁊ tūc ꝯcipit mulier. ¶ Cōcipere aūt vocatur q̄n ista duo semina in matrice ⁊ in tali loco deputato a natura ad fetū recipiuntur. postꝗ̄ vero illa duo semina recepta sunt: matrix mulieris clauditur tanꝗ̄ bursa ex omni eius parte: ita ꝙ nichil de semine recepto potest perdere. Et cum matrix sic vndiqꝫ fuerit clausa fit retentio menstruorum in muliere.

¶ Commentum

b Ic auctor exequitur formationem fetus ⁊ primo facit hoc. sc'do ponit notabile ibi Iuxta quod notandum. Nota si vir

prius emittit sperma q̄ȝ mulier menstruuȝ: tunc non fit conceptio. Item si ambo simul emittunt: ꝛ si semina nō sunt bene cōformia et bene disposita iteꝝ non fiet ꝯceptio/ vt si semen viri non sufficiēter fuerit calidūȝ. ¶Et ideo qui raro coeunt cito generant: qꝛ sunt calidi valde. ¶Nota. vulua dicit̃ quasi valua: qꝛ est ianua ventris: ꝛ eius vltima pars dicit̃ mēbrana. q. mēbrū ant. idē finis vulue. ꝛ ita matrix clauditur sicut vna bursa/ ita ꝙ ꝭm Auicennaȝ vna acus intrare nō posset. quia gaudet ex calido recepto nolens perdere. ¶Nota. mulier emittit menstruū ꝛ etiā recipit: ꝛ sic magis delectatur in coitu ipso viro. Sed orit̃ dubiū. Utrū abscisis testiculis posset aliq̄s generare Et videt̃ ꝙ non: qꝛ deficiunt vasa seminalia per q̄ vasa semen deferri debet. In oppositū expertū est/ qꝛ thaurus abscisis testiculis generat. Dico ꝙ imo adhuc generare posset: qꝛ pōt emittere materiaȝ spermaticā: licet nō eque bene. Uñ si semen emissū ad terrā: poneretur ad matricē possibile eēt ꝙ cōcipet. Uñ sepius cōtingit ꝙ in balneo vbi vir spmatisat (muliere p̄sente) ꝙ sine coitu ipsa cōcipit. q̄a vulua est maxime attractiua: ꝛ qꝛ semen adhuc est vigorosū ꝛ non exalatū: iō ꝓducere posset fetū/ ꝛ h̄ exptū est. Nā si catus spmatisaret sup saluiā ꝛ aliq̄s comederet de tali saluia: tunc ex illo spermate generarent̃ cati ī ventre viri: qui cati per vomitū essent expellendi

¶Textus.

¶Iuxta qđ notandum ꝙ menstruum in muliere nichil aliud est q̄ȝ supfluum alimentū qđ in substātiam rei aliunde non cedit: sicut est in viris sperma. ꝛ vocat̃ menstruū in muliere: ideo qꝛ fluit ī quolibȝ mense: ad minus semel/ cū mulier tāte etatis fuerit: hoc est tredeciȝ vel quattuordecim annoꝝ/ ꝛ vt frequēter accidit in decimoquarto. Et incipit fluxus menstruorū esse in quolibet mense ꝓpter nature purgationē. Quibusdā ꝟo accidit iste fluxus in nouilunio/ q̄busdā postea: ita ꝙ non oēs mulieres in eodē tp̄e patiūtur istuȝ dolorem. Et dico dolorē: qꝛ in tali fluxu oēs indifferent̃ patiunt̃/ quedā plus: quedā minus. a quibusdā vero transit diutius/ ꝛ hoc ꝭm exigentiā ꝛ cōplexionē nature mulieꝝ.

¶Commentum.

¶Hic auctor ponit vnū notabile. vt patet in textu. Dubitat̃ quare fluxus spermatis non sit menstruosus sicut menstruū. Respōdet̃ ꝙ sperma siue semen viri est magis decoctum ꝛ subtile: ideo natura non libenter reicit: imo cōseruat ad generationē siue ad nutritionē si indigeret fetus. Dubitat̃ quare vrina ꝛ stercorisatio ꝛ sudor: non sequātur motū lune sicut menstruū. Respōdetur ꝙ vrine ꝛ imunditie fiūt oī die ex supfluitate cibi ꝭȝ magnā grossitudinē ꝛ maioreȝ quātitateȝ: ideo opus est ꝙ quotidie expelli debeāt. ¶Nota. iuuenes mulieres sunt multū humide: ideo libenter menstruant in pricipio mensis: ꝛ seniores ī fine/ qꝛ minus humide sunt. ¶Nota ꝙ mulieres

nigre minus habent de menstruo q̄ꝫ mulieres albe. qꝛ oēs mulieres
sunt flegmatice complexionis: tn̄ vna magis alia. Et quāto magis
mulieres vtunt̄ cibarijs delicatis ⁊ bene piperatis: tanto magꝭ sub=
tile emittūt menstruuꝫ. Et oppositū est de pauperibus mulieribus
grossis cibarijs vtētibꝰ. No. auctoꝛ ponit ꝙ in .xij. xiij. vł. xiiij. āno:
mulier incipiat menstruisare. Ratio est. qꝛ tūc caloꝛ etatis puericie
deficit: gratia cuius nō potest bene cōsumere humidū nutrimētale.
Unde versus. Adde decem ternis sic mulierū menstrua cernis. Ad
quinquaginta durat purgatio tanta. Nota ꝙ mulier mediāte men
struositate purgat̄: qꝛ humidū supfluū recedit: a quo grossi hūoꝛes
resoluerent̄ si manerent: iō mulier non est apta ad disciplinā ꝓpter
grossicieꝫ spirituū cerebꝛi opilantiū ⁊ ebetantiū. Et nota ꝙ coitus
mulieribus ꝓ tanto est ꝓficuus: qꝛ supfluū frigidū emittit̄ ⁊ caloꝛē
recipiūt q̇ tēperat eaꝝ frigiditatē. oppositū est ī viris. Uñ mulieres
multū coeūtes nō sunt bꝛeuioꝛis vite: adeo sicut viri. hoc attestatur
natura passeris: qui ꝓpter sepe coire moꝛit̄. ¶ Textus.
¶ Sed ex his q̄ dicta sunt oꝛiūtur plura dubia. Primū est. vtꝝ ille
fluxus fiat per coloꝛē sanguineū vel per aliquē aliū. Juxta qđ notā
dum ꝙ in oībus mulieribus: ꝑterq̄ꝫ in coꝛruptis coloꝛ menstruoꝛuꝫ
est sanguineus: vt in pluribus. Et dico in coꝛruptis .i. in coꝛruptis
malis ⁊ viscosis humoꝛibus. Jn his eni sunt sepe mēstrua liuidi .i.
plūbei coloꝛis. Et non loquoꝛ de coꝛruptione castitatis: qꝛ indr̄ñter
siue virgines fuerint siue coꝛrupte: si tāte etatis fuerint fluxū patiū
tur. Et signa ad hanc partem: scilꝫ quō menstrua fluunt: sunt plura
de quibus postea dicetur. ¶ Cōmentum.
¶ Hic auctoꝛ mouet q̄ttuoꝛ questiones f̄m oꝛdinē vt patet in textu
Nota. fluxus mēstruoꝝ est sāguinei coloꝛꝭ. cā huius est: qꝛ mēstruū
est supfluū scđe digestiōis. s. epatis: sꝫ epar est oꝛganū rubeū sūme
calidū: ⁊ iō assimilat̄ sibi suū passū in coloꝛe ⁊ ī foꝛma inq̄ꝫtū potest
Sed ꝯ: videt̄ ꝙ menstruū debeat eē albū: qꝛ est sūme frigidū: ⁊ fri=
giditas est mater albedinis. Rñdeo f̄m albertū: q̄ꝫtuꝫ eēt de natura
menstrui tūc esset albū: sꝫ qꝛ eius ꝓducens est rubeū. s. epar: iō sibi
assimilat̄. Tunc est dubiū q̄re sperma viri nō est rubeū: cuꝫ tn̄ sit ca
liduꝫ ⁊ bene digestū. Dr̄ ꝙ sperma viri de se est rubeū: qꝛ est sāguis
tertie digestionis/ sꝫ in testiculis dealbat̄ ꝓpt̄ frigiditatē testiculoꝝ
⁊ ideo nō spermatisat: nisi per motū testiculoꝝ calefiat. Nota. coloꝛ
rubeus generat̄ ex eo qꝛ in humido terrestri: hūiditas ꝑ adustioneꝫ
humidi cōsumit̄: vt pꝫ in latere rubeo. Uñ later ante cōbustionē nō
est rubeꝰ: sed efficit̄ ꝑ ꝯsūptiōeꝫ hūidi a calido/ ita ꝙ terrestre siccū
pꝛedñatur. Sic est de menstruo mulieris: eo ꝙ est in epate humidū
caloꝛe epatis ꝯsumit̄ in sicco terrestri: iō quodāmodo fit rubeū. Sꝫ
in mulieribꝰ valde grossis ⁊ terrestribus tm̄ est de hūido incōsūpto

⁊ de terrestri: ꝙ eaꝝ menstruū est liuidū .i. nigrū. ❡ Terra enī nigra est et qꝛ eaꝝ menstruū est sūme terrestre: iō seq̄tur colorē terre. qꝛ color est qualitas scd̄a derelicta a primis qualitatibus. exemplū. Sicut videmus qñ calidū agit in humidū ⁊ non cōsumit sufficienter humidū: relinq̄tur color viridis: sicut in piris ⁊ pomis. Et si frigiduʒ predñat̄ color est albus. sʒ si calidū p̄dñat̄: relinq̄tur color niger. vt patet in pipere / ⁊ sic de alijs similibus. Scd̄ʒ dubiū potest esse vtrū menstruū fluat p̱ anū ⁊ hoc more secessus. aut per vuluā / aut modo eiectionis vrine. Ad h̄ breuiter ē dicendū ꝙ p̱ vuluā fluūt: in specie crudi sanguinis ⁊ tenuis. ❡ Commentum.

❡ Hic auctor ponit scd̄m dubiū vt pʒ in textu. Et rñdet̄ ad dubiuʒ ꝙ ī mulierib⁹ multū corrupiſ quaꝝ anus ⁊ vulua sunt vnū foramē possunt menstrua fluere p̱ anū / sʒ stante sanitate ⁊ bona digestione tunc nō fluunt per anū sed p̱ vuluam. ❡ Textus.

❡ Tertio dubitat̄ q̄re in mulieribus fluūt menstrua q̄ sunt sup̱flua alimenti ⁊ non in viris sperma: qd̄ etiā est sup̱fluū alimēti. Ad hoc dubium dicendū est ꝙ mulier est frigida ⁊ hūida a natura. Vir aūt est calidus ⁊ siccus. modo de natura humidi est fluere. iiij. metheo. ⁊ maxime humidum qd̄ est in mulieribus: est aqueum. sed in viris: humidum est aereū. ⁊ ideo cū calor semp̱ agat in humidum: ⁊ calor est naturalis. et cuʒ natura nichil facit frustra: vt d̄r. j. celi ⁊ mundi. Et qꝛ calor in mulieribus semp̱ est debilis respectu illius qui est in viris: ⁊ cū totum alimentum in mulieribus non potest cōuertere in carnē: ideo natura facit qd̄ melius est: ꝓuidet nature de necessarijs ⁊ reliquū dimittit in locum quendā in quo seruant̄ in muliere menstrua. De illo quidē intm̄ dictū est. ꝙ maioris inq̄sitionis est q̄ꝫ p̄ns exposcit negocium. ❡ Commentum.

❡ Hic mouet tertiū dubiū ⁊ p̱ se soluit vt pʒ in littera. Nota ꝙ frigidissim⁹ viroꝝ est calidior calidissima muliere: stante eadē regiōe / digestione / ⁊ cibali nutritiōe: ⁊ sic de alijs. Hoc dico notāter qꝛ vna mulier in ethiopia viuens delicate: posset eē calidior vno paupculo viro in occidente: sp̱ vtente cibarijs frigidissimis. Sʒ ꝯ: videtur ꝙ mulier sit calidior viro: qꝛ calor fundat̄ in sanguine: sed in muliere plus est de sanguine q̄ꝫ in viro / alias sanguis non flueret q̄tidie ⁊ cōtinue ī muliere: sʒ sic nō est in viro: g̊ ⁊c̄. Rñdetur ꝙ vbi plus est de sanguine bene digesto ⁊ decocto ibi est maior calor: sʒ sic non est in mulieribus g̊ ⁊c. Nota lr̄a di. ꝙ natura facit qd̄ meli⁹ est. Rō qꝛ natura regit̄ ab intelligentia non errante. expellit. n. humidū grossum mulieris mediāte fluxu. Et videmus exp̱imentū qñ fuerit in corpe aīalis aliq̄s humor grossus nociu⁹ corp̄i: illū natura vertit ad p̱tes officiales corpis faciēdo scabiosos pedes ⁊ man⁹ / ne illd̄ humidū ledat mēbra p̄cipalia. s. cor / epar / ⁊ alia ⁊c̄. ❡ Textus.

¶ Quarto dubitaret aliqs vnde veniret menstruū i muliere quādo est in coitu cū viro/ qꝛ dictū est supra quādo mulier cōcipit: retenta sunt menstrua: ergo si retenta fuerint mirum est vnde tunc fluunt in coitu. Ad hoc dicendū est ꝙ quādo mulier cōcipit: retēta sunt menstrua ꝑpter hanc causā finalem: vt de menstruo retento fetus in vtero mulieris existens possit nutriri. Quādo aūt mulier est i coitu cū viro tūc ꝑpter magnā delectationem quā habet: qꝛ ꝑ virgā virilem existentem in vulua nerui ꝛ vene existentes in vulua cōfricantꝛ ꝛ mouentur: ꝛ sic vulua dilatando se menstruū emittit. et hoc ē naturale respectu coitus: qꝛ ille coitꝰ est naturalis/ est tamen quasi violentū respectu fluxus naturalis menstruoꝝ. Item omni die de nutrimento sumpto fit materia que apta nata est ad expellendū in coitu. Ex illo soluitꝛ dubitatio: quare mulieres impregnate maxime appetūt coitū/ qꝛ appetitꝰ coitus est ꝑpter abundātiam materie suꝑflue ab alimēto. Et ideo cum menstrua sunt retenta ꝛ omni die aliqd aliud generatur: mulier maxime appetit coitum/ qꝛ ex eius materie abundantia vulua mulieris calescit: et sic coitū appetit. ¶ Cōmentum

¶ Hic mouet quartum dubium ꝛ soluit per se. Sed dubium est circa dicta ꝛ circa dicenda a quibus membris in viris sperma abscindatꝛ: ꝛ siliter menstruū in mulieribus: sumendo menstruū ꝓ semine qḋ emittitꝛ in coitu. ꝛ videtꝛ ꝙ ab oībus mēbris: qꝛ fetus assimilatur parētibus in oībus membris. Sed ꝫ. si sic sequeretꝛ ꝙ imꝑfectus in mēbris gñaret in mēbris imꝑfectū: qḋ est falsū. Falsitas patet ꝑ experientiā. si pater esset cecus/ claudus/ vel mutilatus in digito non semꝑ gñaret simile sibi. ꝯña ptꝫ de se. Dicendū ꝙ i coitu illa semia discindunꝛ a qttuoꝛ mēbris pꝛīcipalibus: scꝫ a cerebꝛo/ coꝛde/ epate ꝛ matrice in mulieribus/ ꝛ a testiculis in viris: et ex ꝯñti ex alijs mēbꝛis: sꝫ non ab alijs ꝑtibus coꝛpis pꝛincipaliter. ꝛ per hoc ad instantiam dꝛ ꝙ fetus assimilatꝛ parētibus. Dico ꝙ sufficit a pꝛīcipalibus ꝓut ista influūt alijs mēbꝛis ꝛ maxie a cerebꝛo discindunꝛ ꝛ distinguūtur. Vñ videmꝰ multos coeūtes caput dolere ꝛ maxie exsiccari in mēbꝛis ꝛ maxime debilitari in visu. ¶ Textus

¶ Visis istis: ad foꝛmationē fetus in matrice est redeūdum. pꝛima materia recepta i matrice habet naturā lactis sex ꝑmis diebus/ ad hūc coloꝛē lactis opaꝛ caloꝛ naturalis in sꝑmate viri emissꝰ/ ꝛ caloꝛ matricis: ita ꝙ ista materia dealbaꝛ sicut lac. deīde illa materia trāsmutaꝛ ad naturā seu coloꝛē sāguinis spissi ꝛ aliqliter bene decocti: ꝛ hoc ꝑ nouem dies: postea tunc ab isto tempoꝛe fit consolidatio in mēbꝛis fetus in. xij. diebus. ¶ Cōmentum.

Istud est capitulū scḋm partis executiue i quo reuertitur
1 ad foꝛmationē fetus successiue. Oꝛitur dubium: vtꝝ caloꝛ sꝑmatis sit igneus elemētalis: vel sit caloꝛ celestis. similiꝛ

de calore matricis ꝛc. Hic sunt diuerse opiniones. sed cū aristotele in de aīalibus dicendū: ꝙ iste calor sit aīalis siue celestis. Ratio est qꝛ calor elemētalis est destructiuus: sed calor celestis est saluatiuus aīaliū: ſm Auerroim. xij. metha. xij. cōmento. Sꝫ tñ dicendū ꝙ ille calor sit ptim igneus ꝛ ptiꝫ aīalis siue celestis. Uñ calor igneus cōuertiꝉ simpliciter ī se: sicut in ꝯtrariū. sꝫ calor aīalis siue celestis: est ꝑmixtus cū hūiditate ꝛ tꝑatus: ꝛ ille cōſuat mixtū. vñ qđlibꝫ aīatū viuū viuit in calido radicali ꝛ humido tēpato. Item dubiū est que mēbra pȷ̄o formanꝉ ꝛ gñanꝉ in fetu. Hic dicūt quidaꝫ ꝙ epar: qꝛ in epate fit nutritio ꝑma ꝛ vegetatio spirituū. Et qꝛ ab epate discinditur pri⁹ semen ꝙ̄ a corde: iō videꝉ epar ꝑmo gñari. Sꝫ cū aristotele dicamus ꝙ primo cor generaꝉ: qꝛ est primū viuēs ꝛ vltimū moriēs. postea epar. postea cerebruꝫ. ꝛ postea testiculi: ꝛ sic de alijs. Sed qñ dicíꝉ ꝙ in epate fit prima nutritio. Dicíꝉ ꝙ hoc est veꝝ ex cōsequēti sed primo in corde habet fieri ꝛc̄. ¶ Textus.

¶ Iuxta qđ notāduꝫ ꝙ ſm philosophū: vnūqđqꝫ viuentiū ꝯsurgit ex quattuor elemētis: ideo qꝛ in tali materia est materia terrea que cedit in substantiā ossiuꝫ. similiter aqua cedit in suū simile. ꝛ sic de alijs. Postea vero solet facies formari a natura. ꝛ dispositio corpis ſm trinā dimensionē: scꝫ longū/latum/ꝛ ꝓfundū: ꝛ hoc fit per decē octo dies. Ab isto vero tēpore incipit natura fetus ꝯfortari vsqꝫ ad egressū. Nota ꝙ fetus mulieris cōficitur in. xxiiij. diebus. Et illud qđ per sermonem longum dictū est solet dici per quattuor versus. Conceptū semen sex primis crude diebus. Est quasi lac reliquisqꝫ nouem: fit sanguis ab inde Consolidat duodena dies: bis nona deinceps Effigiat: reliquū tp̄s ꝓducit ad ortum. ¶ Cōmentum.

¶ Hic auctor ponit vnū notabile vt patet in textu. Nota ꝙ littera dicit ꝙ qđlibet viuentiū est ex quattuor elemētis. Hoc ꝓbaꝉ qꝛ ex quibus aliqs nutriꝉ: ex illis est cōstitutus. scđo de aīa. sed ex eisdeꝫ nutrimur ꝛ sumus: ꝫ ꝛc̄. Minor pꝫ qꝛ nutritio fit ꝑ calidū ꝛ hūidū siccū frigidū: principaliter ꝑ calidū ꝛ hūidū. Sꝫ ꝯtra. quedā aīalia viuūt ex puris elementis: igiꝉ solū vnuꝫ elementū est in ipsis. Añs pꝫ ꝑ hunc versū. Quattuor ex puris vitā ducūt elemētis. Dicendū ꝙ simpliciter est impossibile: scđm aristotelē. Uñ alec est mixtuꝫ ex q̄ttuor elementis ꝛ nutriꝉ in aqua mixta mediante calore solis. Uñ alec in aqua pura viuere nō potest: qꝛ illa nō est nutrimētalis. Et iō videm⁹ pisces panem comedere in aqua. Itē in q̄libꝫ mixto viuēte reqriꝉ terra que facit mixtū constare ꝛ durū esse: alias cito dissolueretur. Item requiriꝉ ignis vt calorem habeat in quo vita saluatur. Etiā requiriꝉ humidū in quo agat calidū. Et reqriꝉ humidū aeris qꝛ spūs generaꝉ ex sāguine aereo. Itē ossa sunt ex mēstruo ꝙ̄tuꝫ ad grossiores ptes menstrui. qꝛ ossa materiā hoīs in eē ꝯseruāt. Si eni

nō essent ossa:homo cito dissolueret. postea de pte menstrui magis aquea generat cerebrū & medulla. de partibus aūt magis aereis generatur spiritus. & de partibus magis igneis epar. ita q̄ q̄lib3 mēbra in hoīe sūt in sua structione ex adiūctione alicuius elementi. Nota fetus sic format q̄ q̄titas materie p̄existis ɔdensatur vel rarefit ad quātitatem siue extensionē debite forme: in longū/latū/& ꝓfundū. Et qn̄ res gn̄abilis maior erit in quātitate recorrūpenda est: & tunc fit rarefactio materie. qn̄ vero erit mior tūc fit condēsatio. sic est qn̄ ex semine mulieris fit homo: q2 tūc si materia seminis est maior recipiente formā hoīs: tunc p̄mo calor naturalis & virtus formatiua: materiā ɔdensat & facit indurescere vsq3 donec apta sit forme. & tūc hoīe generato: materiam augmentat interim cū elementis vsq3 ad quātitatem cōpetentē sibi. Et oēs ille diuersificationes q̄ p̄cedunt aīam in instanti gn̄ata3 debent esse indetermiate ante illud instans q̄uis oēs sint terminate non p formam corrūpendā sed p formam menstrui: tn̄ adhuc expectant aliā termiationem a forma generāda Scd̄m hoc glosat littera q̄ dicit: Postea formatur facies fm trinā dimensionē sc3 indetermiata3 & indetermiabilem. ¶Textus

¶Sunt aūt quidam q̄ penes q̄libet tp̄s signatum ponūt regnare aliquē planeta℞. Et q2 scire hoc multū cōfert ad ea q̄ hic scribūtur: & ideo ne ignorātie mee illd̄ neglectū ascribatur ex his aliq̄ declarabo. Notandū primo vt dicit Auicēna accidentia sunt in triplici genere: quedā eni3 materiā consequūtur in cōposito & ei attribuūtur quedā forme: quedā ɔpositū ex materia & forma cōsequūtur. Et cū hoc sit naturale cōpositū ex materia & forma tripliciter denoiabuntur accidētia in ipo. Ex pte aūt aīe sunt quedā accidentia vt virtus eūdi & mouēdi. Et q2 fm intentionē quorūdā q̄ digne locuti sūt de natura: oēs virtutes quas aīa in corpore cōplectitur illas cōtrahit a speris & corporibus supcelestibus. ¶Commentum.

b Ic auctor incipit determiare de successiua formatiōe fetus fz influentiā planeta℞. Et p̄io p̄mittit quedā. scd̄o exeq̄tur intētum suū: ibi. Ab vltimo eni. Nota. illa cōclusio format ex littera Fetus format successiue p planetas. idem ꝓbatur sic ex litteram. Penes illud format fetus qd̄ diuersimode influit fetui eē & viuere: sed planete sūt hm̄oi igit &c. mior patet: q2 huic influit viuere lōgo tp̄e/huic paruo tp̄e: vt p3 p ptholomeū in centiloq̄o suo: & per eius cōmentatorē hali. Nota. tunc planeta dicit regnare: qn̄ est ī maiori vigore scil3 qn̄ est in domo sua: hoc est in signo sibi ɔformi & q̄ sint domus planeta℞ infra patebit. Nota. aīa mouet corpus per huic modum. aīa p̄mo mouet ab alio. s. ab appetibili: & sic mota mouet spūs: q̄bus motis ipsi mouent musculos: q̄ moti mouent mēbra. et sic p3 q̄ appetibile est p̄cipale mouens. ¶S3 dubiū est vtrū aliqd̄

accidens possꝫ esse principiū alicuꝰ substātie ꝑncipalitꝰ. Respōdet galtherus burlarij supꝰ q̄rto sñiaꝝ: ꝙ sic. ꝓbatꝰ sic. qꝛ illud est agens qđ corrūpit vnū ꝛ generat aliud: talis aūt est humoris indispositio siue disproportio elemētoꝝ q̄ corrūpit formā hoīs ꝛ generat formā cadaueris qđ est substantia igitꝰ ꝛc̄. Rñdetꝰ ꝙ humor notificans est quedā substātia. nō enī sumitꝰ humor ꝓ accidēte sꝫ capitꝰ ꝓ materia humida peccāte. ita ꝙ accñs non corrūpit hoiem nisi ꝟtute sui subiecti. Sꝫ qñ dꝛ substātie nichil est ꝯriū. Dicitꝰ ꝙ veꝝ est de ꝯtrarietate ꝑfecta: tñ bene ꝯrietate diminuta q̄ sufficit ad corruptionē vnius ꝛ ad alterius generationem. ¶ Textus.

¶ Ab vltimo enī orbe q̄ motu diurno oēs speras inferiores recipit influūtur materie principaliter ꝛ radicaliter virtutes essendi ꝛ mouendi. ꝛ ab orbe stellaꝝ fixaꝝ fetus recipit virtutem q̄ distinguitꝰ in esse ꝭm diuersas figurationes ꝛ accidētia. ꝛ illud cōuenit ei inq̄ꝫtuꝫ est forma: sed etiaꝫ cōtrahit aliā virtutē ab hoc orbe q̄ dat esse: ꝛ ꝭm diuersas naturas huius orbis: post sperā stellatam ponitur spera saturni ꝭm astronomos: ꝛ ab illa influūtur aīe virtutes discernēdi ꝛ rōcinādi. Et postea spera iouis: ꝛ ab illa influitꝰ aīe magnanimitas ꝛ plures aīe passiones. Et a spera martis influitꝰ aīe aīositas ꝛ ꝟtus irascibilis ꝛ alia desideria aīe. Et a sole influitꝰ virtus sciendi ꝛ memorādi. a venere motus ꝯcupiscentie ꝛ desiderij. a mercurio virtus gaudendi ꝛ delectandi. a luna q̄ est radix oīm virtutū naturaliū virtus vegetandi: q̄ꝫuis hec ꝛ plura alia ab aīa ꝓcedunt. ꝛ cū ista sequūtur ex diuersis partibus corporū celestiū: tñ hec oīa aīe attribuūtur ꝛ non solum aīe: sed etiā toti cōposito. qꝛ simplex non potest sustentare accidens. ¶ Commentum.

¶ Hic ostēdit quō aīe influūt diuersa accidentia a corꝑibus supcelestibus. Nota. ab vltimo orbe aīa capit esse in oībꝰ q̄ꝫtum est ex ꝑte sui: sꝫ spera celi stellati dat eē distinctū aīe ab alijs entibus qꝛ ꝓpter multitudinē stellaꝝ influit distinctum esse ꝛ distinctoēm i. vnde ꝭm hoc ꝙ stella specialis respicit vnā aīam plusq̄ꝫ aliā: ideo distinctum esse influit cuilibet aīe hūane: cui correspōdet disticta stella. Nota. saturnꝰ est ꝑma stella erratica ꝛ gratia sue influentie dat aīe virtutē discernēdi ꝛ rōcinandi. Et dꝛ saturnus q̄si satur in aruis: ꝑ ꝯtrariū. vnde cū sit frigidissimus ꝛ siccus influit caristiā: ipso regnāte. Sed iupiter influit magnanimitatem. vñ iupiter fuit quidā vir q̄ expulit patrem suū a regno suo. Et dꝛ q̄si iuuans p̄reꝫ: per ꝯtrariū. Et illđ attributū est vni planete q̄ magnanimꝰ est ꝑ influentiā: ita ꝙ puer natus (eo regnāte) fit magnimus. Sed in venere nascuntꝰ luxuriosi Sed mars est malignissimus planetaꝝ: ꝛ dat virtutē irascibilē. Sꝫ sol est optimus planetaꝝ influens scientiā ꝛ memoriā. vñ sub sole nati sūt felices ꝛ amabiles. Sed mercurius dꝛ q̄si mercatoꝝ kyrios

id est dñs. Sicut enī mercator dicit esse gaudiosus ꝛ affabilis: sic et ille planeta est beniuolus/gaudiū ꝛ delectationē infūdens. Sed luna influit virtutē vegetādi et nutriēdi: qꝛ est infimus planetaꝝ: iō imediatius agit. Itē littera dicit. accñs i simplici essentia nō sustentatur. Causa ē: qꝛ accñs egredit de natura subiecti non solū magnitudinē subiecti siue cause materialis: sed etiā magnitudinem cause efficientis. iō ꝯpositū ꝑm vnā partem est cā materialis: ꝛ ꝑm aliam partem est cā effectiua. Et qꝛ in simplici nō est ꝯponere: iō simplex non ē subiectū accidētiū: ꝛ maxie accidentiū realiū/ꝗbuis tñ eēntia simplex possꝫ esse subiectū suoꝝ modoꝝ essendi. sicut materia pria est subiectū sue potentie q̄ est suus modus essendi ꝓprius ꝛ foꝛalis Ex quo pꝫ ꝙ accidentia potentie nō sunt accidentia solius aie: sed sunt accidētia totius cōpositi. Sed dicunt aie sic: qꝛ insunt corpori per aiam principaliter. ¶ Textus.

¶ Nūc vero ex parte corpis ꝯsimilit est notandū. Et pmo de creatione vel formatiōe corpis qđ ex embrione creat ꝛ foꝛatur ꝑ effectus ꝛ opatiōes stellaꝝ qui planete dicūtur. Prio enī materia ēbrionis vel hoīs generādi ꝯpressa ꝛ coagulata ꝑ frigiditatē ꝛ siccitatem saturni disponit. ꝛ huic materie a saturno virtus influit vegetatiua et motus naturalis ascribit. ꝛ tūc patebit in tali materia opatio aliq̄liter debita. Et ideo medici dicūt ꝙ post lapsū spermatis in matrice primo mēsis in gñatione ꝛ in tpis successione ꝑm exigentiā nature seminis saturno ascribit: qꝛ sua frigiditate ꝛ siccitate semen ꝯstringit ꝛ consolidat. ¶ Commentum.

¶ Postꝗ auctor posuit accidētia ꝓpria aie mediātibus corpibus celestibus: ꝯsequēter exequit de accidētibꝰ corpis. Nota. frigidi est stringere ꝛ cōdensare. vt pꝫ in experimento. vt si accipiat olla plena aque: ꝛ ponatur ad locū frigidum: aqua minorat sic ꝙ ꝯprimit. Sꝫ calidi est extendere/vt calor ferri facit ferrū extendere. Itēꝫ calor in aqua bulliēte ipaꝫ extendit ꝛ rarefacit in dimēsionibus/sꝫ qꝛ saturnus est frigidus ꝛ siccus: ideo assimilat terre: iō materiā cōdensat ꝛ cōprimit. Vñ ꝟsus. Est frigidus sūme saturnus siccus ꝛ asper. Nota dubiū: vtrū aliq̄s planetaꝝ possꝫ influere frigiditatē. Et videtur ꝙ non/qꝛ scđo celi đr. stella influit motuꝫ ꝛ lumen: sed tā motus ꝗ lumen calefaciūt: g̃ ꝛc. Respōdeo ꝙ oīs planeta influit caloreꝫ/sed vnus plus: alter minus. Vñ saturnus ꝛ luna mīme influūt calorem respectu alioꝝ planetaꝝ. ¶ Textus.

¶ Sed ex isto statim orit dubitatio: qꝛ alicui potest esse dubiū vtꝝ saturnus regnet in cuiuslibet embrionis cōceptione/ꝛ si non: tunc mirabile est qđ dictum est. ¶ Cōmentum.

¶ Hic mouet dubiū: ꝛ est illđ. Si dictū esset veꝝ seq̄ret ꝙ saturnus sꝑ regnaret: ꝛ ħ esset mirabile. ꝯseq̄ntia non ꝓbat in littera sed de se

patet: qr omni die fiunt cõceptiões puerorꝫ. ¶Textus.
¶Circa qđ est notãdũ ꝙ materia pma subiecta est corporib⁹ supce lestibus ꝛ eorꝫ motib⁹. ꝛ hoc ē qđ dicit phũs in pmo metheo. ꝙ oĩa inferiora causata sunt a superiorib⁹ ꝛ ab ipsorꝫ motib⁹ gubernãtur. Et iõ necesse est ꝙ ista inferiora particulariter ꝛ vniuersaliter respiciãtur a superiorib⁹ intelligẽdo de vl'itate corporis toti⁹ supcelestis vl'iter enĩ ista inferiora respiciunt a supiorib⁹: qr nichil fit de mat'ia elemẽtali nisi ex virtute corporꝫ superiorꝫ. iõ dicit ꝯmẽtator. xij. methaphisice. ꝙ natura nõ agit nisi guberne a corporibus supercelestib⁹: hoc est ab intelligẽtijs: pticulariter enĩ aliquid fit in istis inferiorib⁹ a causatione superiorꝫ: qr vna pars celi apta nata est introducere talẽ formã determinatã ꝛ specialẽ. alia vero aliã formã: ꝛ illud totũ videt esse de intẽtione ꝯmentatoris in. j. de generatione ꝛ cor. vbi vult ꝙ generatio elementorꝫ et partiũ ipsarꝫ ad inuicem est ordinata: ꝛ cõseruatur per motus corporꝫ supercelestiũ: et per motus elemẽtorꝫ qui ꝯcurrunt generaliter ad generationẽ mixtorꝫ. Addit aũt ꝯmẽtator ꝙ indiuidua animantiũ ꝛ plãtarꝫ sunt determinatarꝫ causarꝫ. ꝛ sunt determinata ad esse. ꝛ ita tã ad eẽ vniuersaliter ꝙ ꝑticulariter inferiora a superioribus respiciũtur. ¶Cõmentũ
¶Hic auctor soluit questionẽ motã. ꝛ pmo ponit quandã solutionem. scđo applicat eã ad ꝑpositũ ibi. ꝛ ideo cum materia ꝛc. Nota natura celestis respicit determiate elemẽta: qr in vna parte generat ignẽ: ꝛ in alia corrũpit aquã: sicut videm⁹ ꝙ signa hyemalia faciũt generare aquã plus in septẽtrione: sed signa estiualia plus faciunt generare aerem vel ignẽ in estate. Nota littera dicit corpora similiũ partiũ. vnde ille partes dicunt similes quarũ quelibet suscipit predicationẽ totius. hoc intelligẽdo de partibus ꝙtitatis sicut quelꝫ pars ignis. Et ignis etiã habet partes diuersarũ rationũ. sicut materia ignis ꝛ forma. modo generatio partiũ similiũ corporũ q̃ sunt in elemẽtatis ꝛ elementis reguntur ꝛ determinata sunt per motum corporũ celestiũ. Idẽ est dicendũ de planetis ꝛ indiuiduis aĩantiũ Et ideo cõtingit ꝙ in vna parte terre homines moriunt: ꝛ si essent in alia ibi possent retinere vitã eorum: quia si aliquod mixtũ fuerit nimis calidum in regione nimis calida illud debet poni ad regionẽ frigidam vt eius calor obtemperetur: ꝛ tunc illud sanitati restitueretur. ¶Textus.
¶Et iõ cũ materia pma sit subiecta corporib⁹ supcelestib⁹/necesse est ꝙ capiat formã alicui⁹ speciei determiatã ab aliqua pte speciali celi. ita ꝙ nõ põt eã recipere a corpore celesti in cõi: eo ꝙ tale corp⁹ respicit istã materiã vel istã formã indifferẽter. Nã qua rõne daret illã formam/eadẽ daret ꝛ alias. qr oẽs forme que sunt in potẽtia in materia prima ꝛ in primo motore sunt in actu: vt dicit cõmentator

xij. metha. g cū materia sufficiēter dispōsita est: necesse est eē aliquā deteriatam ptē in pmo motore prio specialiter respiciētem materiā ad hui⁹ deteriate forme susceptiōez. Et ideo nō sufficit agens particulare phisicū: stante cōi influentia z cōi actione corpoꝝ celestiū. Et illud patet ex eo: qꝛ postꝗ̄ semen est decisuz gerit in sevim illius a quo est decisum. Et illa virtus non gubernatur a corpibus supcelestibus vniformiter. ita ꝙ non magis gubernat ab vna pte celi ꝗ̄ ab alia: imo hoc modo destitueret in sua ppria actione: z p cōsequens a fine. z illō est de intentione aristo. ij. de generatione z corruptiōe: vbi dicit ꝙ aduenīēte sole redibunt aīalia: z recedēte sole animalia peribunt. Illud aūt apparet ex intentione cōmentatoris. ij. metha. vbi vult ꝙ materia prima: pmo non recipit oēm formā indifferēter sed prio formas elemētales / z mediātibus istis oēs formas mixtoꝝ Ille aūt ordo formaꝝ non potest esse: nisi ab aliquo specialiter materiā gubernante ꝗ̄tū ad receptiōem formaꝝ. ¶ Cōmentum.

¶ Hic auctor applicat ad ppositū istam solutionē: z primo i gnali scdo in speciali: ibi. z p hunc modū. Nota. motor primus ē duplex. Quidā est motor primus: vt ipse deus gloriosus. Et preter illū motorem est ponere aliū motorē pmo coniūctum. Vñ phi ponūt octo speras: z nouem motores. ideo qꝛ quelibet spera habet sibi ppriuz motorez. Et preter illos motores est dare vnū motorem simpliciter imobilē q̄ non moueť imediate: sed mediātibus alijs motoribus cōiūctis. Modo lrā auctoris sic intelligiť / oēs forme in materia cōposite sunt de pmo motore semp simpliciter z in actu. Vñ linconieñ sup pmo posterioꝝ dicit: ꝙ effectus primo habet eē in suis causis: z maxime effectiuis. sed i se habet esse virtualiter. Nota. pticulare agens sub influentia cōi: potest educere formā determiatam. qꝛ oīs causa pma deteriate respiciens aliquā formaz: plus influit ꝗ̄ pater vel mater. Et iō agens pticulare non pducit sine determiato agēte Itē littera dicit. semen decisuz habet vim illi⁹ a quo est decisū. Ex quo dubitaret aliqs vtrū semen decisum: esset aiatū. Et videtur ꝙ sic. qꝛ semen inꝗ̄tū est in patre tunc est viuū: vitā patris habens: z si habet eandez naturā in matrice: ibi erit viuū. Hic rñdeo ꝙ semen fusum in matrice non est viuū formaliter: qꝛ nec est planta / nec aīal sed est viuū naturaliter. qꝛ mediāte spiritu sibi infuenīēte: operatur vitā. Sed diceres. cū sit inaiatum quō pducit aīam? Dicendum ꝙ mediante matrice q̄ est aīata: z mediantibus virtutibus ppriis aīe. Itez nota. penes stellas z planetas specialiter repñsentātes specialē influentiā diuersificanť ymagines hoim: fm albertū. Et ideo qñqꝫ contingit ꝙ homo cū capite vnius porci generatur. qꝛ aliqua stella tunc dñať que influit talez dispositionē. Et sic est exptū ꝙ in lapide aliquo facta est ymago scorpionis vel serpentis. qꝛ aliqua stella vel

cõstellatio respexit ipsum ꝛ sibi impressit illã figurã. Et ex hoc con tingit ꝙ ymagines aliquoꝝ signoꝝ sculpte in lapidibus habẽt cu rare infirmitates sicut recitat Hali in centiloquio ptolomei ꝛ vidit ꝙ ymago scorpionis sculpta curauit lesionem factam in satellico a scorpione animali. Et sic videmus ꝙ quãdoqꝫ aliqua corpora mor tua sepulta (scilicet homines) centũ annis vel amplius iacent sine incineratione. ꝛ hoc fit per naturã stellarum respicientiũ illud cada uer quod cõseruat sine incineratione ꝛ cõbustione. preterea ex hoc patet ꝙ quãdoqꝫ optimi amici fiunt inimici vna causa agẽte parti culari: ꝛ hoc accidit per influentiã planetarũ repugnantiũ quibus ipsi sunt subiecti.

Textus.

¶ Et per hunc modũ manifestatur esse de saturno ꝓpositũ. scilꝫ ꝙ habet disponere materiã ꝛ introducere talẽ formã. sed ꝙ saturnus sic semꝑ dicit̃ regnare in embrionis cõceptione: sic intelligit̃ ꝙ suũ regnare in hoc loco nõ sumit̃ pro alio ꝙ̃ influere talẽ dispositionẽ que ab alia ꝑte celi nõ est nata influi. Et ideo si in tali hora noctis vel diei nõ dicatur regnare saturnus hoc est ex eo qꝛ cessat virtus sua: sed aliquis alius planetarũ vel stella apta nata est influere talẽ dispositionẽ in materia quã saturnus influere non potuit. qꝛ actus actiuoꝝ sunt in patiẽte bene ꝑdisposito. Et si aliquis quereret cur ita fit ꝙ oĩa tali cursu currãt. Respondeo ꝙ sic sunt ordinata apud deũ qui primordialiter omnia disponit secundũ ordinationẽ subli me ꝛ cuilꝫ virtutẽ propriã secundũ exigentiã sue nature ministrat.

¶ Commentũ.

¶ Hic applicat solutionẽ ad propositũ suum in speciali. Nota per textũ soluitur dubitatio directe in forma quando sic arguebat̃. Si primus mensis attribueretur saturno: ita ꝙ ille regnaret in princi-pio ꝯceptionis tũc semper regnaret saturnus. Dico saturnũ regna re intelligit̃ dupliciter: vno modo influẽtia generali: alio modo in-fluẽtia speciali: modo dicit ꝙ saturnꝰ regnat omni die influẽtia ge-nerali. sed regimen speciale saturni est quãdo fuerit in domo sua. ꝛ tunc habet maiorẽ influentiã. Nota saturnus est frigidus ꝛ siccus ideo habet influere semini humidũ ꝛ calidũ que sibi cõtrariant̃ vir-tualiter. vñ omnis actio fit gratia cõtrarietatis: qꝛ simile additũ al-teri nõ agit in ipm. Unde agẽs ꝛ patiens in ꝑncipio actionis sunt dissimilia: sed in fine sunt similia. quia omne agens assimilatur suo passo inꝙ̃tum potest mediante sua virtute. qꝛ omne agens natura-le agit in suum contrariũ secundũ vltimũ sue potentie. vt pꝫ. j. celi. Nota lr̃a dicit. actus actiuorũ ꝛc. Hoc pꝫ ex signis manifestis. Est eni quidã piscis gñalis qui vocat̃ scorpio. ille inficit manus pisca-toris ꝑ rethe. ꝛ nõ inficit rethe: qꝛ rethe non est dispositũ ad hoc ꝛc. Item sol calefacit aerem ꝛ nõ orbes ipsos scilꝫ inferiores se: ꝙ̃uis

sint sibi ppinquores/hoc est pter indispõem materie. Et iõ pecca uerũt: dicentes Q'libet fieri ex q̃libet: h' non valet. q2 primus actus pp̃us habet fieri in ppria materia sibi disposita. Itẽ nota q' pprie dispositiones non corrũpunt in aduentu forme. Et ex hoc destruit opinio que ponit q' postq̃ materia mẽstrui est disposita/ z qñ hoĩs forma introducit: tunc dispositiones prime corrũpunt. hoc nõ valz q2 tunc dispõnes frustra p̃cesserunt. Uñ dispositiones sunt mediuz recipiẽdi illud qd' fit de potentia materie. Nota. auctor in lr̃a osten dit se eẽ catholicũ in hoc q' ponit deum primordialiter oĩa disposu isse. Uñ ph̃i mere naturaliter loq̃ntes sic habẽt dicere/ q' ab eterno sic deus disposuit planetas z stellas: z non de nouo. et iõ cõmenta tor. j. celi dicit. si vna stella fieret de nouo in celo: totũ celum periret pter illã inordinationem que fieret per illã stellam: z oporteret q' celum non moueretur. ¶ Textus.

¶ Post hec que dicta sunt: iupiter aduenit sua gratia z virtute sua materiã disponit ad susceptiõez forme mẽbroꝝ z caliditate sua vir tuali z causali materiã fetus cõfortat: z sua humiditate repiet que fuerunt desiccata virtute saturni in primo mense. z sic ioui attribui tur secundu3 mensis. ¶ Commentum.

¶ Hic auctor exequit de alijs planetis q̃tum ad forationez fetus. videtur q' planete non formant sic materiaz fetus. q2 inter causam z effectũ debet esse pportio/ z sic sequeret q' embrio generatus: eẽt ppetu9: cũ ipsi planete sint ppetui. Dicẽdum. licet cause pricipales remote sint ppetue: tñ cause ppique sunt corruptibiles/ iõ corrum- pitur fetus. ¶ Textus.

¶ Tertio aduenit mars qui sua caliditate z siccitate format mate- riam: diuidens a lateribus brachia/ z diuidit collũ a brachijs: z ca- put format. z huic operationi attribuitur tertius mensis.

¶ Commentum.

¶ Nota. mars est calidus z siccus: z ideo ip̃e habet formare crura z brachia q̃ sunt sicca. Oportet. n. q' calor sufficiens cõgreget partes terrestres siccas si debent fieri crura z brachia. Nota. ex littera ha- bemus q' caput format prius a marte: q̃ cor a sole. Hui9 causa est fm medicos. q2 in capite sunt oĩa principia vite: g' p̄mo format. Sz aristo. ponit q' cor p̄mo format: q2 cor influit oĩbus mẽbris: z habet se in corpore sicut rex in suo regno. Rex eni solet habitare in medio regni vt ibi p̄seruet/ sic z cor in medio corporis vt seruetur a lesio- nibus. ¶ Textus.

¶ Quarto tp̃e virtus solis aduenit: formas imp̄mit/ cor creat/ z aĩe sensitiue motũ dat. Et hoc est veꝝ fm intẽtiõez medicoꝝ z quorũ- dam astronomoꝝ. tñ fm intẽtionẽ aristo. cor inter oẽs ptes generã das generat p̄mo/ z v'tute eius oĩa alia mẽbra nascunt. addunt eni

quidā ad istā particulā dicētes: q sol est radix totius ꝟtutis vitalis ꝛ tali operationi quartus mēsis ascribit. ¶Cōmentum.

¶Item phi ꝑpter illū textum ascribūt gnatiōem hoīs soli: dicētes Homo generat hoīez ꝛ sol vt dicit philosophꝰ. ij. phisicoꝝ. qꝛ a sole virtus radicalis dependet. Contra. si sic sequeret q homo deberet dici celestis ꝛ solaris creatura. qꝛ effectus ab eodē denoīationē sumit a quo habet entitatē. Dicēdū q sol est causa remota. ideo nō sumit denoīationē in effectu a sole ꝛc. ¶Textus.

¶Quinto tpe. quedā exterioꝝ mēbroꝝ venus sua virtute pficit et quedā exteriora format. s. aures/ nares/ os/ ꝛ virgā virilē in masculis. ꝛ pudibūda. s. vuluā mamillas ꝛ alia membra in femellis. manuū ꝛ pedū separationē facit: etiā digitorū. Et isti quintus mensis assignatur. ¶Commentum.

¶Nota venus est beniuolus planeta: ꝛ est ꝟtualiter calidus. iō pficit mēbra exteriora. s. os/ aures ꝛ testiculos. sed videt q testiculi debeāt pmo generari qꝛ sunt principalia mēbra: sicut cor ꝛ caput: mediātibus quibus se natura ꝯtinue saluat. Dicit q testiculi non sunt ita principalia mēbra sicut cor ꝛ caput. qꝛ videmus testiculis abiatis adhuc viuere hominē: sꝫ capite absciso et corde ablato vlterius ibi nō esse vitā videmus. ¶Textus.

¶Sexto tpe. influētia ꝛ regeneratio mercurij instrumēta vocis format. supercilia ꝯponit. oculos fabricat. capillos crescere facit ꝛ vngues ꝑducit. Et isti operationi sextus mēsis attribuit. Vñ versus. Instrumēta nouē sunt guttur lingua palatū. Quattuor ꝛ dentes et duo labra simul. ¶Textus.

¶Septimo tpe luna opationi finē imponit. replet eni sua humiditate angustias carnis ꝛ aurigenas carnes. superficieꝫ ꝯplet. venus vero ꝛ mercuriꝰ humiditatē tribuētes toti corpori nutrimētū dant Et isti opationi datus est. vij. mēsis. ¶Cōmentum.

¶Itē nota luna replet poros carnis: ꝛ facit fetū esse planū in supficie. s. in cute. Itē si aliquis puer nasceret in septimo mēse ille moreret: qꝛ nō est adhuc debite formatꝰ ꝛ ꝯsolidatꝰ. ꝙ ꝛc. ¶Textꝰ

¶Postea influētia saturni cui octauus mensis ascribit. Et ille saturnus multū infrigidat ꝛ exsiccat. ꝛ per ꝯñs cōstringit fetū. ꝛ ideo aliqui astronomi ponūt fetū generatū in octauo mēse moribundū vel mortuū esse. vt in sequētibus manifestabitur. Deinde in nono mēse dominat iupiter qui sua caliditate ꝛ humiditate fetū letificat Et fetus qui generatur in isto mense est fortis ꝛ bene dispositus et longevite: ꝛ est fortis gratia coloris: ꝛ lōgevite gratia humiditatis. ¶Commentum.

¶Hic auctor ponit in quo mense saturnus habet suū dominium. Et dicit q saturnus in octauo mēse habet influere. Et nota q si in

aliquo mēbro deficiētes pueri nascūtur vel generātur cū quattuor digitis in manu vel cū tribus: hoc est ꝑpter defectū materie. Simi liter si generaretur cū sex vel septem digitis: hoc esset ex abundātia materie. Textus.

¶ Est aūt adhuc notandū ꝙ mēbra corpis organici .xij. signis zodi aci attribuunt. Primū ergo signū toti⁹ spere celestis est aries. in quo quidē signo sole exñte tempato fit calidum ꝛ humidum: ꝛ tunc est motus ad gñatiōē. Et iō motus solis in ariete dicit principiū vite ꝛ radix v̄tutis vitalis / ꝓpterea arieti attribuit caput in hoīe ꝛ eius ꝯditiōes. Nā aries in celo est dignior pars celi: qꝛ est principiū diui sionis spere per .xij. signa. sic caput in hoīe vocat dignior ps corpis et ideo merito arieti est assignandū. Et qꝛ sol currens in hoc signo calidum ꝛ humidū nature mouet: ꝛ ideo caput in hoīe dr principiū spiritus vitalis. ¶ Cōmentum.

¶ Postq̄ auctor ostendit influentiā planetaꝝ ꝛ stellaꝝ respectu fe tus: nunc cōsequēter ꝓsequit de effectu signoꝝ. Nota. aries est cali dus ꝛ humidus: ꝛ correspōdet veri. Ver eni est calidus ꝛ humidus ꝛ tunc aīalia maxime appetūt coitum: qꝛ tunc augmentat calidum ꝛ humidū gratia solis existētis in ariete / ꝛ maxime in viris tunc est appetitus. Propter hoc etiā mater ecclesia statuit ieiuniū magis in illo tēpore q̄ in alio tēpore ꝑpter luxuriā illo tpe restringendaꝫ: qꝛ tunc hoīes ꝯstricti hyeme reuertunt ad vigorē. Vñ versus. Marte mares: februoq̄ canes: mayo mulieres. Nota. aries habꝫ dñari suꝑ caput in quo vigent oēs potentie aīe ꝓ tanto: qꝛ ipe aries est prin cipiū vitalis opatiōis / sic ꝛ caput in quo vigent oēs potentie aīe. ꝛ ideo medici dicunt ꝙ virtus vegetatiua corpis est in capite princi paliter ꝛ determinate: sed in corde originaliter. Sed dubiū est vtrū vita magis ꝯsistat in corde q̄ in capite. Et videt ꝙ in capite. patet per Auicennā q̄ dicit ꝙ vidit arietē ambulantē corde extincto. hoc esse non posset nisi vita haberet principium de capite. Sed ꝯ hoc est Auerrois in .vj. phisicoꝝ qui ipm deridet: dicēs se vidisse arieteꝫ currere hic inde / absciso capite. Unde auerrois vult ꝙ vita princi paliter ꝛ originaliter sit in corde / sed ex cōseqnti in capite. Sꝫ medi ci sunt multum sensuales: ꝛ hoc ideo qꝛ vident in capite esse sensus virtutū: ideo dicunt vitam cōsistere in capite principaliter. sed non est ita / imo in corde. Sed quid dicemus ad auctorē in littera q̄ dicit ꝙ caput est nobilior pars corporis? Dicendū ꝙ hoc est veꝝ ſm ap parentiā ꝛ maiorē opatiōeꝫ spirituū vitaliū: qꝛ in eo appent magis opationes vite q̄ in corde. Unde nō dubito quin natura nobilioreꝫ ꝛ meliorē partem corporis collocauit in medio corporis. naꝫ cor est primū viuens ꝛ vltimū moriens. hoc non esset nisi cor esset pricipa lissimū membrū corporis. ¶ Textus.

¶ Thauro quidē collum/humeri/et scapule gemini attribuuntur. cancro manus ꝛ brachia. leoni quidem pectus ꝛ cor et dyafragma. Uirgini stomachus et intestina et coste et lacerti attribuuntur. Et hoc videt̄ esse medietas corporis secundū cursum medietatis celi. videlicet vt a parte septentrionali est annotata. Libra vero scđam partem corporis respicit. s. renes. ꝛ est principiū ceterorꝫ membrorꝫ Scorpio vero loca libidinis respicit tā ex parte viri ꝙ ex parte mulieris. Sagittarius nares et ea per que natura secessum dimittit et posteriora respicit. Capricornus vero genua et alia inferiora respicit. Aquarius vero tybias respicit. Piscis vero qđ est vltimū formationes pedū respicit ꝛ plantas. et sic breuiter habitū est iudiciū ex parte duodecim signorū. ¶ Commentum.

¶ Hic auctor ostēdit de alijs signis dicens vt patet in textu. Nota littera vult intm̄ ꝙ luna existēte in talibus signis que respiciūt illa mēbra vt patet in littera: in illis mēbris nō debet fieri minutio sanguinis: luna existēte in aliquo signorꝫ. ¶ Textus.

¶ Et nō opinetur aliquis illa ficta fore: nam fides huius in multis experimentis valet inueniri. noscat ergo experimentū quis ꝙ malū ꝛ venenosum est tāgere aliquod membrū luna existēte in tali signo illius membri: ꝛ cā istius est: nā luna auget humiditatē: quod experimur ad sensum: ꝙ si carnes recentes ponātur de nocte ad radios lune/ibi generāturvermes in carnib⁹: ꝛ illud nō semꝑ apparet eodē modo: sed precipue in speciali statu lune. ¶ Cōmentū.

¶ Hic auctor confirmat dicta sua per experimenta. Nota si carnes in plenitudine lune ponerentur ad radios lune tunc conuerterētur in vermes: ꝛ tūc magis ꝙ in alio tempore/quia tunc luna est multū humida. Et ideo dicit auctor in speciali statu lune. Et hoc patet si aliquis vulneratus poneretur ad radios lune: hoc noceret sibi. qꝛ omnes humiditates ꝯuenirent in locum vulneris. ꝛ luna augmērat humiditates. ꝛ sic humiditas nimis fiet intensa: sed si ponatur ad radios solis nō est nociuum. qꝛ radij solis faciunt humiditatē exalare. Et sic ex istis pꝫ ꝙ semꝑ in plenilunio mensis maiorat̄ hūiditas scꝫ cerebrum/medulla/ꝛ menstruū: et ideo tunc difficile est studere ꝓpter humiditatē cerebri nimis intensam. ¶ Textus.

¶ Ut illud sane intelligatur est aduertendū ꝙ quattuor sunt status lune secūdū Albertū in tractatu de statu solis ꝛ lune. Luna vero in prima eius incensione est calida ꝛ humida vsqꝫ quo est semiplena. post hoc tunc dicitur calida et sicca quousqꝫ fit plena. Deinde est frigida vsqꝫ est semiplena in decremento. Ultimo vero est frigida vsqꝫ soli adiungit̄: ꝛ in hoc statu maxime humectat humida putrefaciendo. ideoqꝫ cū luna augeat in omnibus membris humiditatē tunc ledere membrū cum ferro est idem ꝙ grauiter vulnerare: quia

malū est humiditatē addere humiditati. ꝛ sic per consequens augmentatur nocumentum. ¶Commentum.

¶Hic confirmat dictū suum. Nota pͥma quadra coꝛrespōdet aeri qui est calidus ꝛ humidus. ꝛ qui generātur in ista quadra fiunt sanguinei. Secunda quadra est similis igni calido ꝛ sicco. ꝛ tūc in illo signo generantur colerici. Tertia quadra coꝛrespōdet terre que est frigida ꝛ sicca: ꝛ tunc nascuntur melācolici. Quarta quadra coꝛrespōdet aque que est humida ꝛ frigida: ꝛ tunc nascuntur flegmatici. Et scđm hoc dicūt aliqui ꝙ si carnes ponerētur ad radios lune cū fuerit in quarta quadra tunc citius conuerterentur in vermes ꝙ̄ in plenitudine lune: quia tunc maxime est lune humiditas vigoꝛosa.

¶Nota si aliquis doluerit in quarta quadra/tunc nō debet trahere sanguinē nec vulnerari: ꝛ maxime in cerebꝛo. Ratio est qꝛ tūc ꝑ illā vulnerationē humiditas augmētaretur nimis: ꝛ ideo fieret nociuū in membꝛo. ¶Textus

¶Sciatis autē socij mei ꝙ̄uis quedam mulieres causaꝫ rei huius occultā ignoꝛāt: tamen quedā mulieres bene effectum cognoscunt et plura mala ex isto operantur. vt cū vir est in coitu cū eis/ accidit quandoqꝫ viris magna lesio et grauis infectio ex infectione membꝛi virilis per ferrū appositū per eas: ꝓut quedā mulieres vel meretrices docte sunt in illa nequicia ꝛ in alijs. Et si fas essec dicere hoc quidā describerē: sed qꝛ ꝓpꝛiū meū creatoꝛē timeo: ideo de illis occultis ad pn̄s nichil manifestabo. ¶Cōmentum.

¶Hic ponit quedā notabilia: vt patet in littera. Nota ꝙ quedā mulieres sunt ita caute ꝛ astute ꝛ accipiūt ferrum et apponūt vulue et illud ferrū ledit virgā: sed vir nō percipit pꝛopter nimiā delectationem ꝛ dulcedinē vulue: postea tamen sentiit. ideo maxime cauendū est ne fiat coitus cū menstruosis mulieribus: qꝛ exinde homo possꝫ incidere lepꝛā: ꝛ qn̄qꝫ in magnā infirmitatē /qꝛ vene trāseunt a singulis mēbꝛis ad testiculos. iō testiculis lesis cito pōt ledi totū coꝛpus. vn̄ di. dya. Si mulierē menstruosā scienter accesseris totū coꝛpus tuū infectū erit: ꝛ multū debilitatuꝫ: ꝙ vix infra mensem verū coloꝛē ꝛ foꝛtitudinē rehabebis. ꝛ sicut liquidū vestimētis tuis adhe ret: sic ille fetoꝛ oīa interioꝛa hoīs coꝛrūpit. Dicit enim venerabilis Ypocras de naturis hoīm: mulierē menstruosam nō accedas: qꝛ ex isto fetoꝛe aer coꝛrūpit: ꝛ oīa inferioꝛa hoīs cōfundunt. ¶Nota auctoꝛ timet deū scribendo secreta vsqꝫ ad vltimū: ne aliquis expertꝰ foꝛte malū operaret ꝑ illa secreta. Textus.

¶Item de quarto statu lune pꝛecipue possumus effectū declarare pꝛedictū alio experimēto quod sumitur ex eo ꝙ radij lune de nocte subintrātes fenestras ꝛ peruenientes ad caput doꝛmientis faciunt doloꝛem capitis et fluxū reumatis. Et causa huius dicta est pꝛius.

¶ Commentum.

¶ Hic ponit aliud experimentũ de quarto statu lune. Nota ꝙ causa huius est. qꝛ tunc luna est multum humida: ꝛ qꝛ reuma causatur ex superfluitate humiditatis: ideo facit catharrum. Unde versus. Ieiunes / vigiles / faciens sic reumata cures. et quia humiditas lune ꝑturbat humiditatez cerebri ꝛ augmẽtat ipm: gratia huius augmentationis fit fluxus ꝑ nares. ꝛ si tunc illi radij inuenirent vulneratuz vsqȝ ad mortem lederent ipm: ideo vulnerati preseruandi sunt a radijs lune. ¶ Capitulum. iij. de influentijs planetaꝝ

¶ Textus.

Post hoc vero ad influentias planetaꝝ quos antiqui vocauerunt deos nature sup hoiem ex parte corporis ꝛ anime nunc reuertamur ꝛc. ¶ Commentum.

¶ Postq̃ vo auctor ostendit quõ ꝑ planetas habet formari fetus: hic oñdit quõ isti planete se habent ad fetum ex pte aĩe vel corpis / vel simul. No. planete bene dicũtur dij nature. Rõ. qꝛ natura regit ab ipis: sicut regnũ a rege. vñ totus ille mũdus sensibilis cõtiguus est supioribus latõibꝰ: vt tota vtus eius inde guberneł. Sȝ diceres Si planete sunt dij nature q̃d tunc facit celum stellatũ? Dr̃ ꝙ celuz est causa vl'is nature ꝛ vniformis. sȝ planete diuersificãt effectũ fm eoꝝ motũ. vñ planete dicunł a planos grece qd̃ est planũ siue error latine. non ꝙ in se errent: sed qꝛ ex eoꝝ motibꝰ fiunt diuersi errores in mundo ꝛ in effectibus. ¶ Textus.

¶ Saturnus q̃ est supior / obscurior / ꝛ grauior / ꝛ tardior alijs: facit natum q̃ sub eo nascił fuscũ in colore ex parte corporis: ꝛ planuz in capillis nigris ꝛ duris: ꝛ caput turbidũ ꝛ bñ barbatũ / ꝛ talis homo cõtinet subtile pectus / ꝛ hȝ scissuras in calcaneis figuraliter. ꝛ hoc est fm dispõem figuralem. Scd̃m vo aĩam: natus est multũ pfidus ꝛ maliciosus / iratus / tristis: ꝛ malignꝰ vite. fetida diligens / ꝛ turpia vestimẽta semꝑ induens / ꝛ non est luxuriosus. ꝛ in pluribus venerẽ minime diligẽs: imo naturaliter abhorret. Unde breuiter notandũ ꝙ fm intentiõez magistri mei in illa scientia expti: quicunqȝ natus fuerit sub saturno habet oẽs malas dispositiones corporis.

¶ Commentum.

¶ Hic auctor ꝑsequił intentum suũ. Et diuidił in septem ptes: fm ꝙ septẽ sunt planete. Nota saturnꝰ est supremus planeta: ꝛ cõplet cursum suũ in triginta annis / ita ꝙ redit ad idẽ punctum zodiaci a quo incepit. Et fm ptholomeũ ꝛ magistrũ rabimoisen saturnus ẽ planeta supremus: ꝛ maxime distat a terra / ita ꝙ ad illã partem vbi tangit sperã iouis: homo veniret a terra in q̃nqȝ milibus annoꝝ ꝛ in septingẽtis ꝛ triginta q̃ttuor annis / ꝛ in septuaginta septẽ septimanis / ꝛ in tribus diebus: supposito ꝙ dieta hois esset decẽ miliaria.

Et ſm aſtronomos ſaturnus eſt tante magnitudinis: q eſt nonageſies maior q̃ tota terra. Jtez dictũ eſt in lr̃a q ſaturnus eſt multum tardus in motu ſuo. hoc debet ſic intelligi / q in tp̃e longiori cõplet curſum ſuũ. Vñ ſaturnus eſt bene triceſies maior ſole q̃tuz ad ſuũ orbem. et ſicut ſol ptranſit ſuũ orbẽ motu pprio p zodiaci ſigna in vno anno: ſic ſaturnus in. xxx. annis. et ſic mouet ita velociter ſicut ſol. vbi gratia. Si duo hoies ambularent / vnus p. xxx. dies pãbularet. xxx. miliaria: alter vnũ miliare. tũc alter q̃ ambulat vnũ miliare: ãbulat citius / nõ tñ velocius eſt in motu: eo q in equali tp̃e ptrãſit de ſpacio. ſm phm. vj. phiſicoꝝ. Jtem nota. lr̃a dicit. ſaturnus facit natũ ſuuz fuſcũ in colore. Rõ eſt. qꝛ ſaturnus eſt ſimilis terre: qꝛ eſt frigidus ꝛ ſiccus / obſcurus ꝛ niger: ꝛ virtualiter facit natũ obſcurũ Jtẽ facit natũ cuz pilis duris: qꝛ eſt terreſtris cõplexionis / ꝛ ideo in fetu hũores malos cauſat ꝛ groſſos: a quibus generãtur groſſi pili Jtẽ natus ei9 eſt triſtis. qꝛ melãcolice cõplexionis vtualiter ꝛ melãcolici ſunt triſtes / qꝛ ſp inclinant ſe ad terrã. Jtẽ natus ei9 eſt piger in inceſſu. quia ipſe eſt grauis ſicut terra: ꝛ ideo difficulter mobilis Jtem ipſe non appetit coitum: qꝛ eſt ſiccus. ꝛ ſi vult appetere: poſſz vti calidis ꝛ bene ꝯditis ꝛ humidis cibarijs. Jtẽ ille natus ſemp eſt inuidus ꝛ pfidus: qꝛ nullũ habet gaudiũ / ſed ſp melãcoliſat. ꝛ eius ſõnia: vtplurimum fiunt vera. ſicut videmus in fatuis qui pdicunt ſepe futura p fantaſias ꝛ melãcolias / ꝛ ipe ſp cupit ſedere in ãgulo ſolitarie. Jtez nota. littera dicit q ipſe habet ſciſſuras in calcaneis: id ẽ diuiſiones in pedibus: circa anteriorẽ ptem: ſicut equi. ꝛ calcaneus eſt vna ps pedis in anteriori parte qua prĩo terrã calcam9 ꝛc̃.

¶ Textus.

¶ Jupiter vo ſtella regalis exñs pia / dulcis / ꝛ lucida / tẽpata ꝛ pſpa facit natum optimũ. quia nato ſub eo dat faciem pulchram / oculos claros / ꝛ barbã rotũdam. Et figurat duos dẽtes ſupiores magnos ꝛ eq̃liter diuiſos. Et dat hoi colorem albũ: rubeo permixtũ in facie ꝛ facit longos capillos. Scdm aiam vo facit natũ bonũ ꝛ honeſtũ ac modeſtũ: ꝛ erit longe vite / diligens honeſtatẽ / diligenſqz veſtimẽta pulchra ꝛ ornata: ꝛ delectabiles ſapores ꝛ odores ei placẽt. ꝛ erit miſericors / largus / iocundus / virtuoſus / ꝛ verax in ſermonibus / incedens honeſte / ꝛ plurimum pficit in terra ꝛc̃.

¶ Commentum.

¶ Ponit de ſecũdo planeta qui dicit iupiter. vnde ſm aſtronomos cõplet curſum ſuũ in. xij. ãnis. ita q ſub quolibet ſigno moratur ad vnuz annum. vnde ſm aſtronomos iupiter multũ diſtat a terra. q̃a ad illã partem vbi eſt ppinquior terre: homo veniret de terra in duobus milibus annoꝝ: ꝛ in quingentis vigintiſex annis: ꝛ quattuor ſeptimanis: ꝛ q̃nqz diebus / ſuppoſito q dieta eſſet decem miliaria.

Et magnitudo eius est talis: q quinquagesies est maior terra. Item iupiter dicitur fuisse ille qui expulit patrem a regno/sic iupiter expulit operationem saturni: quia sibi contrarius est per totum. vt patet in littera Quia secundum astronomos qui nascitur sub ioue: perueniet ad multos honores/quia facit faciem pulchram: et facies est nobilior pars corporis Unde iupiter plus laborat in facie quam in alijs membris: et facit homines albos rubedine permixtos: quia ille color est pulchrior inter alios: quia est sanguineus. Item facit barbam rotundam: quia rotunda figura est nobilissima figura. ex. ij. celi. Et ideo caput rotundum est diligendum/ideo nutrices solent comprimere et rotundare facies et capita puerorum. Item facit capillos longos: quia facit natum calidum et humidum. humiditas enim cum calore est causa longitudinis pilorum. vnde pilus est superfluum et residuum humiditatis quod exit per poros. Et ideo qui habent longas barbas et qui cito barbescunt sunt bone complexionis. Item natus sub ioue est bonus. Secundum animam fidelis et addiscens/et coitum appetens/et bene appetens gratia caloris potens in opere gratia humiditatis sufficientis. et bene capit singula que audit: quia habet spiritus abiles et satis humidos. humidus bene recipit: quia calidus. ideo bene delectatur/et non est piger. ideo spiritus sensuum exteriorum deferunt species sensibiles ad virtutes interiores anime. scilicet ad virtutem ymaginatiuam/ cognitiuam/ et ratiocinatiuam.

¶ Textus.

¶ Mars cum sit intemperatus in caliditate et siccitate: ideo secundum hoc facit natum suum rubei coloris: cum quadam adustione et obscuritate. sicut videtur in istis qui passi sunt a sole. et habet paruos capillos et paruos oculos. totum corpus habet curuum: et grossum aliqualiter. Secundum animam vero: fallax/incostans/inuerecundus/irascibilis/proditor: discordias et bella seminans/et superbus erit.

¶ Commentum.

¶ Hic exequitur de tertio planeta qui dicitur mars. Nota. mars mouetur sub zodiaco taliter quod complet cursum in duobus annis. Et distat a terra sic quod ad illam partem vbi propinquior est terre: homo veniret in quadringentis et nonaginta annis et vndecim septimanis et quattuor diebus: supposito quod dieta hominis esset nouem miliaria. Item nota. caliditas et siccitas sunt cause adustionis et crispitudinis crinium. Unde nati sub marte habent paucos crines causa siccitatis: et habent curuos seu crispos crines gratia adustionis. Ista apparent: quia videmus quod cum calamistro sume calefacto crines crispantur. patet etiam quod crispitudo crinium arguit iracundiam. Item natus sub marte est rubei coloris cum quadam obscuritate. quia color rubeus causatur ex eo: quia calidum agit in humidum et consumendo humidum relinquet siccum. sicut videmus quando debent comburi lateres quod ante combustionem non sunt rubei: sed postea consumpto humido efficiuntur rubei. Et isti nati habent paruos oculos. quia oculus est membrum in quo viget humiditas. quia oculus est aquee nature ab extrinseco. ij. de anima

Qđ patet. si ledit exit aqua: ꝛ qꝛ mars est calidus ꝛ siccus: ideo non potest formare magnos ꝛ pulchros oculos. Itē mars inducit bella qꝛ exsiccat cerebrū ꝛ coꝛ incendit/ ꝛ sic ira generat circa coꝛ. Unde ira est accensio sanguinis circa coꝛ. ꝛ ideo mars ꝯm antiquos voca batur deus belli. Item est fallax. Ratio. qꝛ est siccus ꝛ calidus: ꝛ sic vt semꝑ est iracūdus ꝛ cogitat de malo vt fallat hoīes ꝛ ꝓdat. Iteꝫ satis appetit coitū: qꝛ calidus. ꝛ modicū potest: qꝛ caret hūiditate.

¶ Textus.

¶ Sol quidē regalis stella existens lumen mūdi ꝛ oculus vocatus: natum sub eo facit carnosum ꝛ faciem pulchrā ꝛ oculos magnos/ coloꝛē album cū quadā rubedine/ bene barbatū: ꝛ longos capillos. Scđm vo aiam (vt quidā scribunt) facit ypocritā ꝛ malū/ iustum in exterioꝛi parte apparētem/ ꝛ facit hoīes multū sciētes ꝯm aliquos. sed inueni aliquos dicentes ꝙ natus sub illo planeta est regularis/ religiosus/ ꝓfunde deuotionis/ sapiens/ diues/ diligens bonos/ et depꝛimens malos.

¶ Commentum.

¶ Exequit̃ de quarto planeta q̇ dicitur sol. Uū sol de sui natura est planeta calidus: ꝛ ideo influit nato sub eo caloꝛem/ ꝛ est siccus: sed temperate. Sꝫ diceres. si sol est siccus sicut mars: quare non influit eūdem effectum? Dicendū ꝙ ꝓpter caliditateꝫ ꝛ siccitatem sol vir tualiter est humidus ꝛ nō siccus nisi tēperate. Itē sol ꝯm antiquos dicebat̃ pater deoꝝ. qꝛ sol est pꝛincipiū vite: influens esse omni rei. ita ꝙ sol ꝑ eius accessū ꝛ emisperium nostrū: influit fertilitatē ꝛ ge nerationē/ ꝛ post eius recessuꝫ videmus floꝛes arescere: ꝛ terrā fieri aridam. ꝛ in quolibet signo manet quadraginta dies/ ꝛ cursum suū ꝑficit ī vno anno: motu ꝓpꝛio ꝛ naturali. Et ꝯm astronomos tantū distat a terra: ꝙ ad illā partem vbi ꝓpinquioꝛ est terre: homo veni= ret in quadringentis ꝛ triginta annis: ꝛ in viginti sex septimanis: ꝛ in duobus diebus. ita ꝙ dieta eius esset. x. miliaria. Iteꝫ natus sub sole est ypocrita. et dꝛ ab ypos qđ est sub: ꝛ crisis aurū. q. habēs ma lum sub auro. i. sub bona apparentia. Unde versus. Oīs ypocrita facietenus est heremita. Mēte lucet tacita: latens anguis ac atta= nita: Iteꝫ sol calefacit temperate: ꝛ ideo facit natum sub eo: magne sapientie. qꝛ caloꝛ saltem moderatus: est instrumentū opandi virtu tes aīe. qꝛ caloꝛ facit spiritus agiles ꝛ prōptos. Iteꝫ dicunt quidā. Natus sub sole libēter vult mitti in exiliū: qꝛ amabilis ē ꝛ iocūdus iō deus ꝓuidet sibi de oī bono. Itē sol ꝯm ptholomeū in centiloq̇o suo dicit̃ esse occies maioꝛ ꝙꝫ tota terra.

¶ Textus.

¶ Uenus est stella beniuola ꝛ facit natū pulchrū: ꝛ maxime oculis ꝛ supciliꝭs/ ꝛ carnosum/ mediocris stature. Scđm aiam vo: blandū facetum ꝛ eloquentem/ musicalis diligentē: voluptatē/ gaudium/ ꝛ coꝛeā desiderantē ꝛ oꝛnatū coꝛꝑis diligentē/ ꝛ incedētem suauiter.

¶Commentum.

¶Prosequitur de quinto planeta qui dicitur venus. Unde venus habet plura nomina. primo dicitur venus a venerando/ quia antiqui venerabantur eam causa amoris. etiam dicitur lucifer/ quia de mane lucem indicat quasi precedit solem sequendo. de vespere dicitur hesperus/ quia vesperum de nocte indicat: solem tamen sequendo. et habet colorem candentem et fulgentem inter sydera. Et complet cursum suum in trecentis triginta octo diebus. Et venus est in magnitudine sicut est vna pars deviginti octo partibus terre. Et secundum astronomos tamen distat a terra: quod ad illam partem vbi propinquior est terre: homo veniret in quinquaginta et quindecim annis/ et in. xix. septimanis/ et in vno die: supposito quod dieta hominis esset decem miliaria. Nota venus est calidus et humidus virtualiter: et facit natum luxuriosum et pulchrum. quia gratia caloris facit natum appetere: et gratia humiditatis facit ipsum posse in opere. Item facit natum diligere musicalia quia musica est vtilis pro cantantibus et ipsis amatoribus: quia carmina confortant amorem. Item nota. supposito quod venus et saturnus venirent secundum oppositum: tunc natus illo tempore non esset omnino malus: nec omnino bonus sed medio modo se haberet. quia bonitas veneris: retardat maliciam saturni quantum potest/ et sic facit medium.

¶Textus

¶Mercurius quem astronomi solem assequi asserunt et eius radios contrahi: facit natum cum corpore gracilem/ satis parue persone/ et barbe pulchre et rare. Secundum animam erit sapiens et subtilis/ philosophiam diligens: et studium boni moris et perfecti sermonis. et ille multos acquirit amicos/ et tamen non multum fortunatus. in eo bona consilia vigent. verax et nullius perfidie: expers infidelitatis et inscius. et non est conscius. i. socius in malo.

¶Comentum.

¶Hic exequitur de sexto planeta qui dicitur mercurius. Nota. mercurius semper graditur cum sole et nunquam ab eo distat amplius quam. xxx. gradibus. Colorem habet radiantem/ raro propter vicinitatem solis videtur: sed tamen in meridie mediante speculo videtur. Et dicitur mercurius quasi mercator kyrios. i. dominus. quia mercatores indigent eloquentia. vnde mercurius dicitur deus eloquentie. Et complet cursum suum in trecentis. xxxviij. diebus: ita quod modicum minus quam per annum. Et quantitas mercurij est sicut vna pars de. xxij. mille partibus terre: ideo est stella parua. Et littera dicit quod mercurius contrahitur a radijs solis. Ratio est quia continue mouetur sub sole: et propter radios solis videri non potest. quia lumen maius obfuscat minus. Item natus sub eo diligit philosophiam: quia facit natum subtilem secundum animam: ideo diligit subtilia. Item mercurius facit hominem loquacem/ multas infirmitates patitur/ et ipse est boni consilij.

¶Textus.

¶Luna cum sit velocioris motus: facit natum vagabundum/ verus sermone/ nullius seruitij. et facit iocundum et mediocris stature. et habet oculos inequales: scilicet vnum maiorem reliquo.

¶ Commentum.

¶ Exequit̃ de vltimo planeta qui dicitur luna. Nota septimo ꝙ luna est velocissimi motus. ideo natus eius est vagus. ⁊ nõ põt durare in aliquo officio vel seruitio. Et ꝙ luna est velocissimi motus patet: quia quãto planeta est inferior tanto citius mouetur. vnde luna complet cursum suum in. xxvij. diebus ⁊. viij. horis. Et scđm astronomos tantũ distat a terra quo ad illã partẽ vbi ꝓpinquior est terre ꝙ ad cõcauum orbis lune homo veniret in. xij. annis ⁊. lviij. septimanis et in tribus diebus. supposito ꝙ eius dieta esset. x. milliaria cum dimidio. Nota. luna habet lumen a sole: ⁊ quando currit cum sole tunc habet maiorẽ vigorẽ ⁊ vim vt in nouilunio ⁊ in quolibet mense anni complet cursum suũ per. xij. signa. Et in luna videmus maculã. ⁊ causa huius est per ꝯmentatorẽ. ij. celi: qꝛ luna est corpus rotundum ⁊ rarũ in medio densum ex nubibus. Et ideo in medio propter raritatem nõ potest reuerberare lumen solis: ⁊ sic penetrat ipm in medio: ⁊ per hoc pꝫ obscuritas. ¶ Textus.

¶ Et sciendum ꝙ oẽs stelle ⁊ alie partes corporis supcelestis illa officia diuinitꝰ ipa exequunt̃ ⁊ semꝑ sic agũt ⁊ sic nũꝗꝫ impediunt̃ ꝗtũ est ex pte eaꝝ. Et iõ si fas est dicere scđm ea ꝗ dicta sunt oĩa inferiora a superiorībꝰ regunt̃. ⁊ iõ illa que diuino sacrificio ⁊ bestiali imolatione ⁊ alia que in mũdo fiũt nõ possunt remoueri ab actiõe corpoꝝ supcelestiũ dãtiũ vitã ⁊ mortẽ. ¶ Commentũ.

¶ Hic auctor ponit vnũ notabile: qꝛ prius dictum est ꝙ natus sub diuersis planetis diuersimode regitur ⁊ producitur. Diceret aliqs quomodo vel quare vel per quẽ sunt stelle sic ordinate. Respõdet̃ ꝙ ꝑ naturã diuinã talis ordinatio facta est. Deus enĩ sic ordinauit dñia planetaꝝ. ⁊ illud patet. xij. metha. Et auctor vult ꝙ ꝑ ieiuniũ ⁊ sacrificiũ bestiarũ non potest remoueri cursus planetarum. Illud probatur: qꝛ motus celi est semper vniformis ⁊ regularis. vij. phisi. ⁊ semper inuariabilis: sicut ergo deus instituit ab eterno sic ab eterno vel ineternũ permanebit. Sed ꝯtra. sapiens dominabitur astris scđm ptholomeũ ⁊ theologos: hoc nõ esset nisi cursus planetarum ⁊ effectus impediri possent. Respõdetur ꝙ sapiens sic dominabit̃ astris quando videret aliquem effectum saturni de necessitate / vt frigiditatẽ. tũc põt se cauere a nocumẽto. sed nõ põt impedire eoꝝ effectũ simpliciter ꝗn ita semꝑ agãt. Et auctor loquit̃ naturalit̃ cũ dicit: per sacrificia nõ põt remoueri effectus planetaꝝ: qꝛ theologꝰ tenet ibi oppositã partẽ: qꝛ oĩa sunt in potẽtia dei: ⁊ deus agit libere ⁊ sepe exaudit preces xpi fideliũ. ¶ Textus.

¶ Ex istis verbis sic forte aliquis crederet me sic cadere in duplici peccato. ꝑmo quidẽ. qꝛ statim visa superficie verboꝝ cõcluderet ex eis verbaliter oĩa de necessitate veiure. Secundo ꝙ me occultatorẽ

christiane fidei vellet dicere. Sed quia declaratio amplior est i hac parte: ideo eã omittimꝰ. Et de istis planetis ꝛ vniuersaliter de supi oribus corporibus quo ad influentiã respectu inferiorũ intantũ di ctũ est. Est autẽ notandũ ꝙ aliqñ plures fetus nascunt in matrice: hoc aũt est ꝑ disgregationẽ seminis in ipa matrice. qꝛ matrix mul- tas habet cellulas in se. cũ autẽ in quãlibet cellulã recipit materia fetus/ibi fiunt fetus multi. ¶ Cõmentũ.

